









## Indice del tomo 14º.

- 1º. Tratado 1º. Indulgencias y privilegios concedidos al R. Hospital de Sta. Maria de Graña de Zaragoza por In. Sant.º Clemente VII.º y otros Sumos Pontifices.
- 2º. En el proceso de D. Jeronimo de Ferreira, s.ºe. Aprehension articulo proprietatis, respondiendo al informe contrario por la S.ª Marquesa de Belgida, Condesa de Villalpaudo.
- 3º. Manifiesto ó folleto publicado y firmado por el Rector y C.º. del Colegio de Carmelitas Descalzas de Huesca a 13. No.º de 1694. s.ºe. el pleito del Capitulo provincial con el Capitulo general de la Orden.
- 4º. En el pleito de Apelacion de D. Juan Frances de Arino, s.ºe. Aprehension, alegato p.º la reposicion suplicada por D. Melchor de James Villalpaudo, Conde de Atares.
- 5º. Alegato en el proceso de Jose Egea Prisionario de la Iglesia de Bina, en articulo jurisfirmarum, contra la reposicion que suplica Lorenza Costa como heredera de Jose Costa.
- 6º. Apelacion por D.ª Paula Melo de Ferreira en el proceso de Aprehension s.ºe. inteligencia de una clausula de testamento.
- 7º. Por el R. P. Provincial de Jesuitas y Colegio de la Villa de Graus, en proceso s.ºe. Aprehension, respondiendo a los aprehendientes Sr. Obispo de Lerida y Rector del Lugar de Juseu.
- 8º. Alegato por el L. Jose de Egea en proceso s.ºe. Aprehension en articulo Juris-firmarum.
- 9º. Consulta pedida por el E. Sr. Marques de Camarasa Capitan Gen.º de Aragon, s.ºe. si en el caso de morir el Rey Carlos II. debia continuar ejerciendo su cargo de Cap.º Gen.º. La contesta afirmativamente el Sr. D. Ant.º Blanco y Gomez Regente de la R.º Chancilleria.
- 10.º. Escrito en el proceso de Mig.º Guerrero y Gnessa, s.ºe. Manifestacion, contra Gregorio Loran, Abogado de la Villa de Sos.
- 11.º. Capitulacion y concordia de la Villa de Fauste de 1718.º con el Capitulo de S.º Pablo de Zaragoza y otros, s.ºe. censos y censalistas.
- 12.º. Nueva concordia que la Villa de Fauste ha acordado con sus acredores censalistas en 1739.º bajo los pactos y condiciones que la misma espresa.
- 13.º. En causa s.ºe. denuncia contra el Sr. Lugarteniente D. Pedro Jose Ordóñez, respuesta de este a la informacion del denunciante Dr. Tomas Sala.

14. Por el convento de N.<sup>a</sup> S.<sup>a</sup> del Carmen de Lavagosa, herederos y tratantes de Villamayor, alegato en el pleito de nulidad de un Censo.
15. En la causa de denuncia contra el Sr. Lugarteniente Ordóñez, alegato por la parte denunciante.
16. Respuesta á la alegacion de los firmantes en la causa Juris-firma de los Jurados y Concejo General de la Villa de Montroy.
17. Copia de dictamen sin fecha ni firma, de la protestad de los Señores de Lugares, de sus vasallos en servidumbre.
18. Por el Colegio de los Notarios de número de Lavagosa en el proceso Juris-firma de los mismos, alegato de improcedencia de la revocacion y contrafirma solicitada por los Notarios reales.
19. Memorial del Marques de Coscojuela al Consejo, exponiendo las razones que le asisten p.<sup>a</sup> reclamar los Estados de Oristan y Goccano con sus dependencias, en el Reino de Cerdeña: existen tambien Ar.<sup>s</sup> Despachos y documentos relativos á los dichos Estados.

JOSEPHUS REGIO  
SANCITATE DE  
GRATA


S. D. N. CLEMENS PAPA VII  
ET APOSTOLICUS



ET PRIVILEGIA  
 CONCESSA  
 HOSPITALI REGIO  
 SANCTAE MARIAE DE  
 GRATIA,

A

S. D. N. CLEMENTE PAPA VII.  
 ET A MVLTIS ALIIS SANCTÆ ECCLESIAE  
 PONTIFICIBVS;



CÆSARAVGVSTÆ;

In eodem Hospitalis Virgini Mariæ de GRATIA;  
 Anno M.DC.XL.IV.

ET PRIVILEGIA

CONCESSA

HOSPITALI REGIO

SANCTAE MARIAE DE


GRATIA

A

S. D. N. CLEMENTE PAPA VII.

ET A MULTIS ALIIS SANCTAE ECCLESIAE

PONTIFICIBVS



CAESARAVGVSTA

In eodem Hospitalis Virginis Mariae de GRATIA

Anno M.DC.XLIV.

INDVLGENTIÆ,  
 ET PRIVILEGIA  
 CONCESSÆ HOSPITALI  
 REAL SANCTÆ MARIA DE GRATIA  
 A. S. D. N. D. Clemente  
 Papa VII.



**N** nōmine sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Pa-  
 tris & Flij, & Spiritus Sãcti, Amē. Nouerint vni-  
 uersi, & singuli hoc presēs publicū instrumētū  
 transūpti visuri lecturi & auditori. Quōd nos  
 Nicolaus de Picolominib<sup>9</sup> iuris vtriusq; doctor  
 preposit<sup>9</sup> senen. Reuerēdi in Xpto patris & dñi  
 dñi Hieronymi de Chinutij Dei & apostolicæ  
 sedis gratia episcopi Vuigornien. Sanctissimi do-  
 mini nostri Papæ eiusque Camerarij, necnon  
 Curia causarum Camera Apostolicæ generalis Auditoris, Romanæ-  
 que Curia Iudicis Ordinarij sententiarumq; & censurarum in Ro-  
 mana Curia latorum vniuersalis executoris Locumtenens ad vene-  
 rabilis viri domini Ioannis Vincentij, Canonici Sancti Laurentij in  
 Lucina de Vrbe principalis instantiam, & requisitionem omnes, &  
 singulos sua communiter, vel diuisim interesse putantes, eorumque  
 Procuratores, si qui tunc erant in Romana Curia pro eisdem ad vi-  
 dendum, & audiendum quasdam bullas, siue literas Apostolicas con-  
 firmationis, & approbationis priuilegiorum, & indultorum venera-  
 bili Hospitali. Beatæ Mariæ de Gratia Cæsaraugustan. concessas eius  
 vera bulla plumbea cum cordulis sericeis rubei croceique colorum  
 more Romanæ Cu. bullatas. Necnon nonnulla priuilegia societati  
 charitatis, ac Campi Sancti Monasterij conuertitarum, & Societati  
 Florentinorum de Vrbe, ac Archihospitalis Beatæ Mariæ de Populo,  
 & Sancti Iacobi in Augusta, necnon indulta Indulgencias, & Priuile-  
 gia sub Imagine Saluatoris, seu Capellæ Sancta Sanctorum, etiam  
 Sancti Ioannis Lateranen. & Sancti Spiritus in Saxia, & Beatæ Mariæ  
 de Populo de Vrbe, ac Sancti Iacobi in Compostella, etiam in forma  
 Breuis diuersorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Summorum Pontifi-  
 cum concessas, & concessa produci recipi, & postquam productæ fue-  
 rint videndum dictas bullas, & priuilegia transsumi publicari, & in  
 publicam formam redigi mandari decretumque, & autoritatem di-  
 ctæ Curia interponi, vel dicendum causam iustam, & rationabilem.  
 Quare præmissa fieri non debeant allegandum per Audientiam pu-  
 blicam literarum contradictarum domini nostri Papæ citari man-

Decretū  
 processus.  
 Auditoris  
 Cameræ.

Ioāni Vlu-  
 tio. instan.

Hospitali.  
 S. Mariæ de  
 Gratia.  
 Societatis  
 charitatis  
 Campi Sancti  
 conuertita-  
 rum Socie-  
 tatis Flo-  
 rentinorum  
 Beatæ Ma-  
 riæ de Po-  
 pulo. S. Ia-  
 co. in Au-  
 gusta.  
 Sub Imagi-  
 ne Saluato-  
 ris. S. Ioan-  
 Lateran. S.  
 Spiritus in  
 Saxia. S. Ia-  
 co. in Com-  
 post.

Trásump-  
ti fidei.

Bulla Hof-  
pitalis S.  
Mariæ de  
Gratiâ.

dauimus, & fecimus ad certum peremptorium terminum compe-  
teñ. videlicet, ad diem, & horam infra scriptos. Quibus aduenientibus  
comparuit, in iudicio legitime coram nobis dictus dominus Ioannes  
Vincentius principalis principaliter pro se ipso citra tamen quorū-  
cunq; procuratorum per eum hætenus quomodolibet constitutorū  
reuocationem, & dictam citationem in eadem audientia nostro de  
mandato legitime exequutam facto reportauit citatorumq; in eadē  
contentorum non comparentium contumaciam accusauit ipsosq;  
contumaces reputari, & in eorum contumaciam dictas bullas pri-  
uilegia, & indulta, vt præfertur designatas, & designata, sanas, & illæ-  
sas, sanaque, & illæsa, ac omni prorsus vitio, & suspitione careñ. & ca-  
rentes facto realiter, & in scriptis exhibuit, atq; produxit: quas, & quæ  
transsumi, & exemplari, & in publicam transsumpti formam redigi  
mandari, nostramq; & dictæ Curie authoritatem iudiciariam, & or-  
dinariam pariter, & decretum interponi per nos instanter postula-  
uit. Nos tunc Nicolaus Locumtenens præfatus dictos citatos non  
comparentes reputauimus merito, prout erant quo ad actum, & ter-  
minum huiusmodi id exigente iustitia contumaces, & in eorum con-  
tumaciam dictas bullas, siue literas Apostolicas, ac priuilegia, & indul-  
ta ad manus nostras recepimus, illaque vidimus, tenuimus, legimus,  
& diligenter inspeximus. Et quia huiusmodi bullas, & literas Apосто-  
licas, ac priuilegia, & indulta integras, & illæsas, ac integra, & illæsa  
inuenimus, idcirco ad dicti Ioannis Vincentij principalis instantiam  
dictas bullas, siue literas Apostolicas, ac priuilegia, & indulta per No-  
tarium nostrum infra scriptum transsumi, & exemplari, & in publi-  
cam transsumpti formam redigi fecimus, & mandamus voleñ. & au-  
thoritate dictæ Curie decerneñ. quæ præsentī nostro transsumpto  
publico de cætero in antea, tam in Ro. Cu. quàm extra vbiq; locorū  
in iudicio, & extra stetur, illiq; talis, & tanta fides detur, & adhibeatur  
qualis, & quanta dictis originalibus bullis, & literis Apostolicis, ac  
priuilegijs, & indultis inferius insertis auscultatis, & collationatis da-  
ta fuit, & exhibita daturq; & adhibetur, ac daretur, & adhiberetur si ip-  
sa originalia instrumenta in medium exhibita fuissent, & ostensa; hu-  
iusmodi vero bullarum, siue literarum Apostolicarū, ac priuilegiorū,  
& indultorum tenores, vnde supra fit mentio sequuntur, & sunt tales.

**C**LEMENS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei  
memoriam illius, qui perfecta charitas est, & à quo omnium  
charismatum dona procedūt vices, licet immeriti gerētes in terris ad  
ea per quæ Hospitalium, & aliorum locorum Priorum in quibus  
charitatis opera exercentur; necnon in eis degentium pauperū lan-  
guidorum præsertim incurabilium, & aliarum miserabilium perso-  
narum pie subuentioni, & necessitati congrue valeat subuenire, ac  
Christi fideles eisdem charitatis operibus vacantes animarum sua-  
rum salutem Deo propitio facilius promereri possint, libenter no-  
strę considerationis aciem dirigimus, & vt id iuxta cordis nostri de-  
siderium salubriter consequi possit operarias manus, quantum no-  
bis



bis ex alto conceditur fauorabiliter adhibemus, ac eos maioribus cæ-  
 lestis thesauri nostræ dispensationi commissi muneribus prosequi-  
 mur, quos maiora charitatis huiusmodi beneficia eisdem pauperibus  
 infirmis continue exhibere sentimus. Cum itaque sicut accepimus in  
 Hospitali Real, & Sanctæ Mariæ de Gratia nuncupato Cæsaraugu-  
 stanæ. in quo vna laudabilis vtriusque sexus confraternitas pie insti-  
 tuta existit non solum infantes expositi nutriuntur, sed peregrini li-  
 mina Sancti Iacobi Incompostella, & alia pia loca sancta visitantes,  
 alijque languentes infirmi quocunq; etiam incurabili morbo labo-  
 rantes, ac dementes curentur, gubernentur, & sustentantur, necnon  
 ex ipsis infantibus virgines, postquam ad ætatem legitimam perue-  
 niunt matrimonio tradantur, aliaq; charitatis opera exercentur, ac  
 dilecti filij confratres confraternitatis huiusmodi ad pietatis opera  
 semper intenti vnum monasterium, seu vnam domum pro recipiē-  
 dis mulieribus pœnitentibus, seu conuersis, prout summoperere desi-  
 derant construi facere curarent, ac eisdem mulieribus pœnitentibus  
 necessaria ministrarent, & ipsius Hospitalis facultates pro maiori par-  
 te in ælemosynis consistentes, & pro charitatis operibus prædictis mi-  
 nus sufficientes suppetere possint nos ipsius Hospitalis, ad quod etiã  
 sicut accepimus charissimus in Christo filius noster Carolus Roma-  
 norum, & Hispaniarum Rex Catholicus in Imperatorem electus, &  
 dilecti filij moderni Rectores dicti Hospitalis, necnon Confratres Cõ-  
 fraternitatis huiusmodi singularẽ gerunt deuotionis affectum neces-  
 sitatibus consulere, ac Hospitale prædictum, prout pium, & merito-  
 rium existit specialibus gratiarum muneribus confouere cupientes,  
 ipsosq; modernos Rectores dicti Hospitalis, necnon Confratres Cõ-  
 fraternitatis prædictæ, & eorum singulis à quibuscunq; excommuni-  
 cationis suspensionis, & interdicti alijsq; Ecclesiasticis sententijs, cen-  
 suris, & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis  
 si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium  
 duntaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore  
 censentes de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, &  
 Pauli Apostolorum eius autoritate confisi autoritate Apostolica  
 thenore præsentium perpetuo; statuimus, & ordinamus: Qui Con-  
 fratres, Confraternitatis Hospitalis Cæsaraugustanæ, Rectores, Admi-  
 nistratores, seruitores, familiares, yconomi infirmi, & aliæ personæ  
 in eo pro pauperibus, & infirmis curandis, & alijs gubernandis, etiã  
 ad tempus, nunc, & pro tempore degentes, vel aliquam specialem  
 curã de rebus eiusdẽ Hospitalis Cæsaraugustanæ, & operib<sup>9</sup> charitatis,  
 quę in eo, vel Cõfraternitates Cõfratres huiusmodi exercẽtur intuitu  
 charitatis, similiter, nũc, & pro tẽpore gerentes, omnibus, & singulis  
 priuilegijs indultis exemptionibus libertatibus, immunitatibus, in-  
 dulgentijs, etiam plenarijs, & peccatorum remissionibus, quibus  
 Confratres Confraternitatis charitatis, nuncupatæ in alma vrbe no-  
 stra pie institutæ, ac Archihospitalis Beatæ Mariæ de Populo, & San-  
 cti Iacobi in Augusta de Vrbe, necnon Capellæ Campi Sancti de di-  
 cta Vrbe, Rectores, administratores, seruitores, familiares, yconomi,

Privilegia

Charitatis  
 De Populo  
 S. Ia. in Aug  
 Cã pi Sãcti

Ac si specta-  
liter conce-  
ssa fuissent.  
Rectores pu-  
blicari faci-  
ant D<sup>no</sup>  
religiosi.

Abfq; licen-  
tia.

Taxatio e-  
leemosynæ.

Animæ de-  
functorum.

Sepulch<sup>o</sup> In  
Hospitali.

& aliarum personarum ex quibusvis privilegijs, indultis, & gratijs, atq; con-  
cessionibus felicis recordationis Leonis Papæ Decimi, & quoruncū-  
que aliorum Romanorum Pontificorum prædecessorum nostrorum,  
aut nostris, & Sedis Apostolicæ quorum omnium tenores, ac si de  
verbo ad verbum nihil pœnitens omisso insereretur, præsentibus ha-  
beri volumus pro expressis, seu alias quomodolibet, etiam certis tē-  
poribus, & diebus, & ex causis in illis expressis vtuntur potiuntur, &  
gaudent, ac vti potiri, & gaudere poterunt, quomodolibet in futurū,  
etiam eisdem temporibus, & diebus, ac ex eisdem causis vtantur po-  
tiantur, & gaudeant, ac vti potiri, & gaudere possint, & debeant in  
omnibus, & per omnia perinde, ac si Hospitali Cæsaraugustan. & Cō-  
fratribus illius Confraternitatis, huiusmodi specialiter concessa fuif-  
sent. Quòdque dicti Rectores easdem Indulgentias, & gratias pro die-  
bus pro quibus eis videbitur in quibus ipsi, & alij præfati illas con-  
sequantur publicari facere. Ipsique Rectores, & Cōfratres duos pro-  
bos viros charitatis amicos, cuiusvis Ordinis, Religiosos, moribus,  
& vita comprobatos à quibusvis Monasterijs, seu domibus Religio-  
sis vbilibet consistentibus ad ipsum Hospitale Cæsaraugustanū, pro  
Christi fidelibus, & charitatis opera inibi exercenda inuitandis, &  
alijs circa id opportunis faciendis, ac duas moniales laudabilis vitæ, &  
famæ cuiuscunque Ordinis, etiam sanctæ Claræ, à quibusvis Cœno-  
bijs pro mulieribus pœnitentibus in Monasterio, seu domo ad id per  
Rectores, & Confratres Confraternitatis Cæsaraugustan. huiusmodi  
pro tempore existentibus construendo, seu construenda, postquam  
constructum, seu constructa fuerit introducendis bonis moribus, &  
Religiosis institutis imbuendis, & docendis cum quibus includi, &  
degere debeant euocare, ipsique Religiosi, & monialis suorum supe-  
riorum, superioriarum, vel quorumvis aliorum licentia, super hoc  
aliàs minime requisita ad Hospitale Cæsaraugustan. ac Monasteriū,  
seu domum construendam huiusmodi respectiue accedere, ac in eis  
morari libere, & licite valeant, ac dictæ pœnitentes mulieres, & earū  
domus, seu Monasterium omnibus privilegijs, & gratijs, quibus mo-  
niales Monasterij pœnitentium de dicta vrbe gaudent, etiam gau-  
deant, & gaudere possint, & debeant. Quòdque elemosynam aliquā  
per ipsos Rectores, pro tempore existen. ad eorum arbitrium taxan-  
dam Hospitali Cæsaraugustan. huiusmodi, vel illius ad id deputatis,  
pro huiusmodi operibus charitatis adimplendis, quacunque die to-  
tius anni tribuerint, aut ad illud miserint, seu in capsula elemosinarū  
illius imposuerint. Necnon animæ fidelium defunctorū, quæ in cha-  
ritate Dei decesserint, & pro quibus aliquid erogauerint quoties, id  
fecerint omnes Indulgentias, & peccatorū remissiones quas elemo-  
synam, pro operibus charitatis per Confratres Confraternitatis, cha-  
ritatis de Vrbe huiusmodi exercendis, porrigentis consequantur, &  
consequi possint; & quæ animabus ipsis per modum suffragij, pro  
pœnarum relaxatione suffragari valeant plenarie, etiam consequan-  
tur, & consequi possint. Ac, vt quicumque in sinceritate fidei, & vnitatem  
sanctæ Romanæ Ecclesiæ verè pœnitentes, & confessi, seu in quibus  
fig.

signa contritionis apparuerint decedentes, qui in dicto Hospitali, seu illius Cimiterio sepulturam elegerint, & sepulti fuerint: necnon qui Ecclesiam huiusmodi in die Commemorationis defunctorum à primis Vesperis, vsque ad occasum Solis subsequenti diei, ac alijs diebus, quibus Capellam dicti Campi Sancti de Vrbe visitantibus, Indulgentiæ sunt concessæ manus porrigendo adiutrices deuote visitauerint, ac etiam animæ defunctorum, quæ in charitate Dei, vt præferatur decesserint, & pro quibus visitauerint, ac manus adiutrices porrexerint quoties, id etiam fecerint easdem Indulgentias, & peccatorum remissiones, quas si in ipso Campo Sancto sepelirentur, vel commemorationis defunctorum, aut alijs diebus Indulgentiarum, huiusmodi illum visitarent consequerentur, quæ eisdem animabus similiter per modum suffragij, pro peccatorum relaxatione suffragari valeant, pariformiter consequantur. Quòdque Hospitale Cæsaraugustan. seu eius Ecclesia huiusmodi cum illius, ac Confraternitatis eiusdem bonis tanquam beneficium Ecclesiasticum per quosvis impetrari, seu de illo, vel de illa, vt de beneficio Ecclesiastico præfata Apostolica, vel ordinaria autoritate disponi nequeat, & quæcunq; impetrationis de illis pro tempore factæ nullius roboris, vel momenti existant. Et insuper cuicumque catholico antistiti gratiam, & communionem dictæ Sedis habenti, vt annis singulis duobus, per eosdem Rectores eligendis diebus Missas in Ecclesia Hospitalis Cæsaraugustan. huiusmodi in Pontificalibus celebrare, & post Missarum solemniam solemnem benedictionem Peregrinis, infirmis, & alijs prædictis, ac populo inibi assistentibus, etiam extra, & propè seras dicti Hospitalis constitutis impendere, ac omnibus, & singulis eidem benedictioni interessentibus verè penitentibus, & confessis, vt omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones, quæ tam per præsentem, quàm alias dicto Hospitali Cæsaraugustano, & illud visitantibus, & alijs prædictis quibusvis diebus, & temporibus concessæ sunt consequi. Necnon Rectoribus Hospitalis Cæsaraugustan. huiusmodi pro tempore existentibus, vt pro felici statu illius salubriter dirigendo, quæcunq; licita, & honesta, ac Sacris Canonibus non contraria Statuta, & Ordinationem felix regimen, & prosperum statum Hospitalis, & illius Confraternitatis, ac Monasterij, seu domus penitentium, & aliarum, quaruncunq; rerum spiritualium, & temporalium illa quomodolibet tangentium concedere, & ædere, eaque condita quoties videbitur mutare, & in melius reformare, quæ postquam ædita, & mutata, aut reformata fuerint, eo ipso per Sedem prædictam confirmata sint, & esse censeantur libere, & licite valeant plenam, & liberam autoritate, ac tunc re prædictis licentiam, & facultatem concedimus, & pariter indulgemus. Præterea Hospitale Cæsaraugustan. & illius Rectores, & personas, ac res, & bona, quæcunq; à quacunq; iurisdictione superioritate visitatione, correctione, dominio, & potestate quoruncunq; Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliorum locorum, ordinariarum, eorum Vicariarum, & Officialium, ac aliorum Hospitalium, necnon Religiosorum, & aliorum quoruncunq; loco-

In Commemoratione defunctorum, Alijs dieb. Defuncti.

Impetrari nequeat.

Missæ Pontificalis.

Statuta cōcedere.

Exemptio.

Conseruato  
res iudices,  
& execute-  
res.

Potestas in  
dicum.

corum eisdem auctoritate, & tenore eximimus, & totaliter libera-  
mus, ac sub nostra, & Sedis præfate, necnon beati Petri protectione  
suscipimus. Itaque Hospitale Cæsaraugustan. ac illius Rectores, &  
personæ huiusmodi pro tempore existen. nulli alteri personæ, seu lo-  
co, aut Hospitali, præterquam nobis, & Sedi prædictæ dumtaxat sub-  
iecta sint, & esse censcantur. Decernentes irritum, & inane; quicquid  
si secus super his, à quoquam quauis auctoritate scienter, vel igno-  
ranter contigerit attètari. Quo circa venerabilibus fratribus nostris  
Vigornien. & Illerden. Episcopis, ac dilecto filio Thesaurario Eccle-  
siæ Cæsaraugustan. per Apostolica scripta mandamus: quatenus ipsi,  
vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentis literas,  
& in eis contenta, quæcunque vbi, & quando expedierit, ac quoties  
pro parte Rectorum Hospitalis Cæsaraugustan. vel Cõfratrum illius  
Confraternitatis prædictorum, aut alicuius eorum desuper fuerint  
requisiti, solemniter publicantes, eisq; in præmissis efficacis defensio-  
nis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra literas, & in eis cõ-  
tenta huiusmodi firmiter obseruari, ac singulos quos eadem præsen-  
tes literæ concernunt illis pacificè frui, & gaudere non permittentes  
ipso, aut eorum aliquem desuper, per quoscunque quomodolibet  
indebitè molestari contradictores, molestatores quoslibet, & rebel-  
les per censuras Ecclesiasticas appellatione postposita cõpescendo, ac  
legitimis super his habendis seruatis processibus, censuras, & pœnas  
ipsas, etiam iteratis vicibus aggrauando, & loca in quibus eos mora-  
ri, & declinare contigerit Ecclesiastico interdicto subiiciendo inuoca-  
to; etiam ad hoc, si opus fuerit auxilio brachij sæcularis. Nos enim  
Vigornien. & Illerden. Episcopis, ac Thesaurario, præfatis contradi-  
ctores, molestatores, & rebelles præfatos, ac alios quorum intererit,  
etiam per ædicta publica locis affigenda publicis: de quibus verisimili  
coniectura, quod ad citatorum, & monitorum huiusmodi notitiam  
peruenire valeant; quæ perinde ipsos arctent, ac si eis personaliter in-  
timata fuissent monendi, & citandi, ac in quibus, & quoties inhiben-  
dum fuerit, etiam sub eisdem censuris, & pœnis inhibendi plenam, &  
liberam eisdem auctoritate, & tenore præsentium concedimus fa-  
cultatem. Itaque à data præsentium eisdem Vigornien. & Illerden.  
Episcopis, ac Thesaurario præfatis, circa præmissa sit perpetuata po-  
testas, ac iurisdictio attributa. Vt eo vigore, eaque firmitate possint  
in præmissis omnibus præsentibus, ac futuris, ac pro prædictis pro-  
cedere, & defendere, ac si potestas ipsorum in prædictis omnibus, &  
singulis per citationem, vel alium modum legitimum perpetuata ex-  
titisset, non obsta. felicis recordationis Bonifacij Papæ Octau, præ-  
decessoris nostri, qua cauetur ne quis extra suam Ciuitatem, & Dice-  
cesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra vnani dietam à fine  
suæ Diocesi. ad iudicium euocetur, seu ne iudices à Sede præfata de-  
putati extra Ciuitatem Diocesi, in quibus deputati fuerint contra  
quoscunque procedere, aut alij vices suas committere præsumant,  
& de duabus dietis in Consilio generali ædita, dummodo ultra tres  
dieta aliquis auctoritate præsentium, nō trahatur, & quibusvis alijs

Con-

Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac priuilegijs, indul-  
tis, & literis Apostolicis, quibusvis alijs Hospitalibus, Ecclesijs, Mo-  
nasterijs, Religiosis, ac pijs locis, eorumque superioribus, & personis,  
etiam contra exemptiones huiusmodi, & alias per Sedem præfatam,  
quomodolibet concessis, approbatis, & iteratis, vicibus innouatis,  
quibus omnibus in quantum præmissis obstare, seu eorum effectum  
in aliquo impedire videantur, eorum tenores pro sufficienter ex-  
pressis, ac si de verbo ad verbum insertis habentes illis, aliàs in suo ro-  
bore, per manus hac vice duntaxat specialiter, & expressè deroga-  
mus contrarijs, quibuscunque, seu si aliquibus communiter, vel diui-  
sim à dicta sit Sede inductum, quòd interdicti suspendi, vel excommu-  
nicari, aut extra, vel ultra certa loca ad iudicium euocari non possint  
per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de ver-  
bo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem Nulli ergo omni-  
no hominum, liceat hanc paginam nostræ absolutionis, Statuti, Or-  
dinationis, concessionis, indulti, exemptionis, liberationis, decreti, mā-  
dati concessionis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario  
contraire. Si quis autem, hoc attentare præsumpserit indignationem  
omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se-  
nouerit incursum. Dat. Romæ apud sanctum Petrum, anno incar-  
nationis Dominicæ, millesimo quingentesimo vigesimo quinto, Idus  
Martij, Pontificatus nostri anno tertio.

*Bulla societatis charitatis de Vrbe.*

**L**E O Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei me-  
moria in illius, qui charitas est, & cuius Apostolus Paulus; se etiã Societatis,  
charitatis,  
si linguis hominum loqueretur, & Angelorum, nouissetque myste-  
ria omnia, ac prophetiam, & omnem scientiam omnemque fidem;  
ita, ut montes transferre posset, non tamen charitatem habere, nil es-  
se, & charitatem reliquis virtutibus maiorem, ac legis plenitudine es-  
se firmavit, vices licet immeriti gerentes in terris, ut vbilibet, & præ-  
fertim in alma Vrbe, quæ vniuerso orbi exemplar, & virtutum spe-  
culum esse debet charitatis, opera exerceantur frugiferæ opem, & ope-  
ram impendimus efficaces. Sanè sicut nobis nuper innotuit dilectus  
filius noster Iulius, tit. sancti Laurentij in Damaso, Presbyter Cardi-  
nalis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarius, piè cõsiderans, quòd  
pauperes mendicare erubescerent, longè maiores, quàm pauperes  
mendicantes sustinent necessitates. Quòdque cum Curia Romana  
maximo Forensium, & ignotorum numero frequentetur magna, pars  
in carceratorum in Vrbe, nedum amicis, qui pro eis sollicitent, verum  
etiam notis sæpè carent. Et quòd cadauera pauperum defunctorum,  
quotidiè per baiulos in plateis, ac locis publicis, eiusdem Urbis passim  
ad colligendum pro eorum vectura, & sepultura elemosynas pone-  
batur, & sine Cruce, ac sine lumine, & cum magno dedecore Christi-  
fidelium horrore, ad sepulturam vehebantur; cupiensque præmissis,

Motu pro-  
prio.  
Confirma-  
statuorum.

Archicon-  
fraternitas.

Statuta cō-  
dendi facul-  
tas.

& alijs Reipublicæ Christianæ præsertim in dicta Curia necessitatibus, & charitatis operibus providere, & quod provisio huiusmodi perpetuo duraret, atque vigeret, nonnullos Curiales, ac dictæ Curie Officiales, quorum aliqui circa mendicare erubescerent, alij verò circa incarceratos huiusmodi operam aliquandiu præstiterant, & præstare desiderabant ad se fecit vocari, & offerens eis, ex tunc pro operibus huiusmodi summam duorum millium ducatorum auri, & omne auxilium operam, & favorem eos tractatus est, ut inter se, & alios dictis operibus assistere volentes Societatem, sub titulo Sanctissimæ Charitatis inirent, ac dictis, & alijs per alias eiusdem urbis societates non assumptis charitatis operibus intenderent. Quo quidem auctore dicti Curiales & Officiales intenso gaudio perfusiam per annum, vel circa panes singulis Dominicis diebus, & alia alimenta dictis pauperibus erubescerentibus erogare, necnon dictos carceres personas per eos ad id deputatas visitare, & ut iustitia præsertim pauperibus, & qui pro eis sollicitent, non habentibus celeriter, ministraretur procurare, & pro pauperibus incarceratis capturæ, ac alias expensas solvere, & cadavera pauperum defunctorum decenter cooperta, & Cruce, ac luminaribus præcedentibus, & saltem vno Presbytero, ac aliquibus alijs associantibus, ad sepulturam deferri facere proprijs, dicti Iulij Cardinalis, & Vicecancellarij, ac eorum expensis curarunt Confraternitatem Sanctissimæ Charitatis, in qua, iam octuaginta, & ultra Confratres, quorum aliqui Episcopi, & alij Prælati, aliqui Officiales dictæ Curie, & aliqui Curiales existunt instituerunt, ac in Ecclesia sancti Andree, regionis arenule, se sæpè pro charitatis, operibus exercendis cōgregant. Nos igitur gratias Deo agentes, quod nostro tempore, ac dicto Iulio Cardinali, qui noster secundum carnem frater Patruelis existit auctore, tam que per necessaria charitatis opera in dicta Curia ceperint exerceri cupientesque; quod perpetuo frequententur, ac illis dicti Confratres animo Hiliori insistant Motu proprio, nō ad Iulij Cardinalis, & aliorum Confratrum prædictorum, vel alicuius alterius pro eis, super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa nostra scientia, institutione huiusmodi, & quæcunque Statuta, ac Ordinationes per Confratres, Confraternitatis huiusmodi edita, approbamus, & confirmamus supplementumque omnes, & singulos, tam iuris, quàm facti defectus; si qui forsitan interuenerint, in eisdem ipsamque Confraternitatem, in Archiconfraternitatem, caputque omnium Confraternitatum, charitatis ubilibet institutarum, & instituendarum perpetuo erigimus, & instituimus, ac ei omnes, & singulas, ubique institutas, & instituendas Confraternitates, charitatis immediate subiicimus, & facimus membra ab ea dependentia, sine tamen earum præiudicio. Quodque Confratres Archiconfraternitatis huiusmodi quæcunque Statuta, & Ordinationes, pro eisdem Archiconfraternitatis, felici regimine ad piorum operum huiusmodi exercitium, & alijs quoties, & prout eis videbitur, etiam cum quaruncunque pœnarum, in contravenientes appositione concedere reformare, & mutare, ipsasque pœnas executioni

ni demandare. Necnon Archiconfraternitas, & Confratres commu-  
 niter, ac diuisim illorum Ecclesie, Capellani, Ministri, Officiales, fami-  
 liares, res, & bona quecunque, ac eorum Ecclesias huiusmodi visitan-  
 tes, seu de bonis suis pro dictis operibus in testamento, vel alias con-  
 tribuentes, legantes, seu relinquentes, aut Archiconfraternitatem ip-  
 sam heredem partialem, vel vniuersalem instituētes, omnibus, & sin-  
 gulis, ac alijs eisdem priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, In-  
 dulgentijs, etiam plenarijs, facultatibus, libertatibus, auctoritatibus,  
 conseruatorijs, indultis, fauoribus, literis, & gratijs spiritualibus, &  
 temporalibus à Sede Apostolica in fauorem, sub Imagine Saluatoris,  
 ad Sancta Sanctorum, & Sancti Spiritus in Saxia, ac Beatę Marię de  
 Populo, & Sancti Iacobi in Augusta, necnon Sanctorum Ioannis Bap-  
 tiste, & Cosmę, ac Damiani de Vrbe, & Sancti Iacobi in Compostella,  
 Hospitalium, & Confraternitatum, & Confratrum, ac illorum Eccle-  
 siarum, Capellanorum, Ministrorum, Officialium, familiarum, rerū,  
 & bonorum quoruncunque, ac illorum Ecclesias visitantium, vel  
 illis de bonis suis largientiū, aut illa in totum, vel in partem hæredes  
 instituentium, communiter, vel diuisim in genere, vel in specie  
 quomodolibet emanatis, & emanandis, quæ omnia, & singula; necnō  
 quaruncunque literarum Apostolicarum desuper, quomodolibet cō-  
 fectarum, & conficiendarum, & quoruncunque in eis contentorum,  
 tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad ver-  
 bum insertis habemus; etiam, si illa non sint in vsu, aut reuocari con-  
 tingat, vti potiri, & gaudere, ac literas Apostolicas, super eisdem pri-  
 uilegijs, exemptionibus, immunitatibus, Indulgentijs, facultatibus, li-  
 bertatibus, auctoritatibus, cōseruatoris, indultis, fauoribus, & gratijs;  
 etiam illorum indiuiduam expressionem, & mentionem faciendo  
 mutatis, duntaxat nominibus, cognominibus inuocationibus, ac die-  
 bus ad libitum Confratrum, Archiconfraternitatis huiusmodi, simul,  
 vel separatim expediri facere, in omnibus, & per omnia, ac si illa non  
 solum per clausulas generales huiusmodi, sed per illarum omnium  
 tenorum, de verbo ad verbum expressionem, & insertionem eisdē  
 Archiconfraternitati, illiusque Confratribus, & Ecclesijs rebus, bonis  
 Ministris, Officialibus, Capellanis, familiaribus, ac eorum Ecclesias  
 huiusmodi visitantibus, ac de bonis suis pro dictis operibus, aut alias  
 contribuentibus legantibus, aut relinquentibus, seu ipsam Archicon-  
 fraternitatem heredem partialem, vel vniuersalem instituentibus si-  
 gillatim concessimus, prout præsentium tenore concedimus liberè,  
 & licitè valeant. Et quod quicunque dictæ Archiconfraternitatis, &  
 quibus etiam illius Officiales, pro tempore existentes, id concesserint  
 aliarum ab ea dependētū Confraternitatum, Confratres, vtriusque  
 sexus: nunc, & pro tempore existentes, vbicunque existant eisdem  
 Indulgentijs, etiam plenarijs, & gratijs, quibus eiusdem Archisocie-  
 tatis Confratres in Vrbe commemorantes, gaudere possunt: etiam, si tūc  
 confessi, non fuerint dummodo propositum confitendi habeant gau-  
 dere possint; fiantque participes ieiuniorum, ac diuinorum Officio-  
 rum, ac aliorum, quoruncunque spiritualium bonorum, vbicunque

Priuilegia  
 &c.

Sub Imagi-  
 ne Saluatoris.  
 S. Spirit. in  
 Saxia. Bea-  
 tæ Marię de  
 Populo. S.  
 Iacobi in  
 Augusta.  
 Ioā. Bap. &  
 Cosmę, &  
 Damiani. S.  
 Iaco. in Cō-  
 postella.

Etiam si nō  
 sint in vsu

Etiam illorū  
 indiuiduam  
 expressionē  
 faciendo.

Mutatis etiā  
 diebus.

Ac si sigillatim  
 essent  
 concessa.

Eisdē indul-  
 gentijs gau-  
 deant.

Etiam si tūc  
 confessi nō  
 fuerint.

Iesus nomē in toto orbe pro tempore factorum. Et quicumque ex eis pœnitens,  
& contritus nomen Iesu, in mortis articulo nominauerit, plenariam  
Legata bo- omnium peccatorum suorum, etiam de quibus, nisi morte pœueni-  
na. retur, confiteretur consequatur. Et quæcunque bona, etiam feu-  
dalia, ac emphiteotica, etiam Ecclesiastica, eidem Archiconfrater-  
nicati, tam inter viuos, quàm mortis causa, seu testamento, vel co-  
dicillo dari concedi, & relinqui libere possint. Ita tamen, quòd ipsa  
Archiconfraternitas ad eadem onera ad quæ donator, seu testator  
huiusmodi occasione bonorum eorundem tenebatur, & quæcunq;  
alia quæ ipse donator, seu testator etiam imposuerit omnino tenea-  
tur. Et si ad certum numerum generationum, aut nominationum  
eadem bona concessa fuerant ipsa Archiconfraternitas non perpe-  
tuo, sed per viginti annos pro qualibet generatione, seu nominatio-  
ne huiusmodi bona eadem tenere possit, & finitis ipsis annis bona  
prædicta ad eorum directos dominos deuoluantur, & absque eorum  
Episcops. consensu teneri non valeant perpetuo; statuimus, & ordinamus. Et  
nihilominus vniuersis, & singulis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus,  
& alijs in Dignitate Ecclesiastica constitutis personis, necnon  
Canonicis Metropolitan. vel aliarum Cathedralium Ecclesiarum, ac  
Vicarijs in Spiritua-  
libus Generalibus, & Officialibus vbilibet constitutis per Apostolica  
scripta motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel plures, aut vnus eor-  
um per se, vel alium, seu alios autoritate nostra faciant præsentem  
In contradi- literas, & in eis contenta quæcunq; optatum effectum fortiri, ac ab  
ctores. omnibus quos concernunt inuolabiliter obseruari non permittentes  
quenquam contra tenorem præsentium modo aliquo molestari  
impediri, aut inquietari contradictores quoslibet, & rebelles, etiam  
per quascunq; arbitrio suo imponendas, applicandas, & exequendas  
censuras, & pœnas, ac alia iuris remedia appellatione postposita cõ-  
pescendo inuocato, etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secul-  
laris. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacij, Papæ Octauij,  
prædecessoris nostri qua cauetur ne quis extra suam Diocesim, nisi  
in certis exceptis casibus, & in illis ultra vnã dietam à fine suæ Dice-  
cesis ad iudicium euocetur, seu ne Iudices a Sede prædicta deputati,  
extra ciuitatem, vel Diocesim in quib<sup>9</sup> deputati fuerint cõtra quos-  
cunq; procedere, aut alij, vel alijs vices suas committere præsumant.  
Et de duabus dietis in Concilio generali ædita, ac alijs constitutioni-  
bus, & ordinationibus Apostolicis, necnon statutis, & consuetudini-  
bus etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate  
alia roboratis priuilegijs quoque indultis, ac literis Apostolicis à di-  
cta Sede, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ  
potestatis plenitudine, & de diætæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium  
Consilio, & consensu etiam consistorialiter habitis, ac per viam con-  
tractus, & obligationis iuramento vallati, necnon perpetui statui, &  
ordinationis, & cum quibusvis etiã exceptiuis præseruatiuis, mentis  
attestatiuis, irritatiuis, annullatiuis, præseruatiuis, innouatorijs, ac de-  
rogatorijs, derogatorijs, alijsque efficacioribus, efficacissimis, &  
in-



in solitis clausulis, & ex quantuncunq; urgentissimis causis, ac necessario exprimendis quomodolibet emanatis, & emanandis, quibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales, idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut exquisita forma seruanda foret illorum omnium tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis, necnon modos, & formas ad id seruandos pro indiuiduo seruatis habentes harum serie in eo, quod præsentibus quomodolibet obstant specialiter, & expressè derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Nos enim præsentis literas, & in eis contenta quæcunq; sub nullis etiam in fauorem Basilicæ, Principis Apostolorum de Vrbe, ac illius fabricæ, & Cruciatæ sanctæ quomodolibet emanatis, & emanandis reuocationibus, suspensionibus, anullationibus, limitationibus, modificationibus, vel derogationibus comprehendendi, illisq; etiam illorum toto tenore inserto, etiam in aliquo derogari nullatenus posse, & quoties opus fuerit toties in pristinum, & sub quacunq; data de qua Officialibus Archiconfraternitatis huiusmodi pro tempore placuerit restituta esse, & censi, ac literas Apostolicas de super expediri posse decernimus. Et quia difficile foret præsentis literas ad quæcunq; loca vbi opus esset deferre volumus, & Apostolica etiam auctoritate decernimus, quod earundem præsentium trāsumptis alicuius Notarij publici manu subscriptis, & Curia Ecclesiasticæ, seu personæ indignitate Ecclesiastica constitutæ sigillo munitis eadem prorsus fides adhibeatur, vbiq; quæ adhiberetur eisdem præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, cōfirmationis, suppletionis, erectionis, institutionis, subiectionis, cōcessionis, Statuti, Ordinationis, mandati, derogationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Dat. Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo decimonono, quinto Cal. Februarij, Pontificatus nostri anno septimo. G. Gabredo.

Nota.  
Subnullis seu  
speñ. aut re-  
uocationib.  
comprehen-  
duntur.  
Etiam Basil.  
S. Petri.  
Etiam cru-  
ciatæ.

Sub quacunq;  
q; Data.

Trāssum-  
ptorū fides.

*Bulla facultatum, priuilegiorum, & Indulgentiarum  
Capella Beatae Mariae Virginis Campi Sancti de  
Vrbe per S. D. N. D. Leonem Papam  
Decimum concessarum.*

**L**EO Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memo-  
riam illius, qui pro Domini saluatione gregis in ara Crucis, in præ-  
tium immolari non abnuit, quique inter alia, sibi beneplacita opera  
charitatis exerceri præcepit vices, licet immeriti gerentes in terris cu-  
ris vrgemur assiduis, & continua meditatione pulsamur, circa quæ-  
cun-

Capitulum

cunque pia opera, & pia Christifidelium deuotione ordinata, vt per  
petuis futuris temporibus persistant, omni studio intendere, & vt  
ad præmissa Christifidelium, vota facilius concurrant fideles ipsos qui  
buldam spiritualibus, & allectiuis muneribus libenter prosequimur,  
& eorum pia suffragia, donis cœlestibus conuocemus, vt exinde red-  
dantur diuinæ gratiæ aptiores, ac charitatis deuotio in dies peram-  
plius in eis augeatur. Sanè pro parte dilectorum filiorum Magistro-  
rum Ioannis Copis Correctoris, & abbreviatoris, & Guillelmi de En-  
kenoir, Iacobi Quæstembreg, Christophori Vueller Ingenvinkel,  
Ioannis de Veka & Gualterri, etiam copis Scriptorum literarum  
Apostolicarum, ac vniuersorum aliorum Confratrum Confraterni-  
tatis in Capella Beatæ Mariæ Virginis Campi Sancti de Vrbe, insti-  
tutæ petitio continebat; quòd à quadraginta, vel quinquaginta annis,  
citra nonnulli laici Christifideles, pie ducti Confraternitatem prædi-  
ctam instituerunt, & ordinauerunt, ac pro illius conseruatione, & di-  
rectione, nonnulla Statuta, & Ordinationes laudabilia & honesta, ac  
Sacris Canonibus non contraria ædiderunt, nec non Institutionem  
Confraternitatis, ac Statuta, & Ordinationes huiusmodi Apostolica  
authoritate approbari, & confirmari dictamque Capellam, certis In-  
dulgentijs specialibus gratijs, & peccatorum remissionibus decorari  
obtinuerunt, & ex tunc Confratres dictæ Confraternitatis, qui pro  
tempore fuerunt Confraternitatē ipsam laudabiliter, ac pacificè, &  
quietè: ita, vt Capella ipsa, & illius structuræ, ac in eadē Capella diuinus  
Cultus, & Confraternitatis huiusmodi non modicum susceperint in-  
crementum rexerunt, & gubernarunt, ac Presbyteros, & Capellanos

crementum rexerunt, & gubernarunt

à iure vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quo-  
 modolibet innodati existunt ad effectum præsentium, duntaxat con-  
 sequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes,  
 huiusmodi supplicationibus inclinati Institutionem, Statuta, & Or-  
 dinationes, necnon quæcunque indulta, gratias, Indulgentias, & lite-  
 ras Apostolicas, Capellæ Hospitali, & Confraternitati huiusmodi per  
 prædecessores nostros, successivè concessa, necnon translationes, con-  
 ventiones, & transactiones, ac omnia, & singula in dictis literis con-  
 tenta, & ea concernentia auctoritate Apostolica, tenore præsentium  
 approbamus, innovamus, & confirmamus; illaque omnia, & singula  
 perpetuo, & inviolabiliter observari debere decernimus suppletes,  
 omnes, & singulos defectus, si qui forsitan interuenerint in eisdem. Et in  
 super auctoritate, & tenore prædictis, statuimus, & ordinamus, quod  
 omnes, & singuli, vtriusque sexus, Confratres præsentis, & futuri, ac  
 Capellani, & seruitores Capellæ, & Hospitalis huiusmodi pro tempo-  
 re deputati, & eorum singuli aliquem Presbyterum sæcularem, vel  
 cuiusvis Ordinis Regularem in eorum possint, & quilibet eorum  
 possit eligere Confessorem; qui vita eis comite eos, & singulos eorum  
 ab omnibus, & singulis peccatis suis criminibus excessibus, & deli-  
 ctis, quantuncunque grauibus, & enormibus in casibus Apostolicæ Se-  
 di reseruatæ, præterquàm offensæ Ecclesiasticæ libertatis, criminum  
 hæresis, & rebellionis, aut conspirationis in personam, vel statum Ro-  
 manum. Pontificis, seu Sedem eandem falsitatis literarum Apostolica-  
 rum, supplicationum, & commissionum, inuasionis, depredationis,  
 occupationis, aut deuastationis, terrarum, & maris Romanum. Ecclesiæ  
 huiusmodi mediatè, vel immediatè subiectorum offensæ personalis  
 in Episcopum, vel alium Prælatum prohibitionis, deuolutionis cau-  
 sarum ad Rom. Curiam delationis armorum, & aliorum prohibi-  
 torum ad partes infidelium semel, duntaxat in vita, in alijs verò quo-  
 ties fuerit opportunum confessionibus, eorum diligenter auditis ab-  
 soluere, & pro commissis eis debitam absolutionem impendat, & in-  
 iungat pœnitentiam salutarem. Necnon vota, quæcunque ultra ma-  
 rina liminum Apostolorum Petri, & Pauli, ac sancti Iacobi in Com-  
 postella, necnon Castitatis, & Religionis votis duntaxat, exceptis in  
 alia pietatis opera commutare, & iuramenta quæcunque relaxare.  
 Necnon omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti, &  
 ore confessi fuerint, etiam semel in vita, & in mortis articulo, plena-  
 riam remissionem eis in sinceritatis, fidei vnitate dictæ Romanum. Ec-  
 clesiæ, ac obedientia, & deuotione nostra, & successorum nostrorum  
 Romanum. Pontificum canonicè intrantium, persistentibus auctorita-  
 te præfata concedere possit, sic tamen, quòd idem Confessor de his de-  
 quibus fuerit alteri satisfactio impendenda eis per eos, si superuixe-  
 rint, vel per alios si forte, tunc transferint faciendam iniungat, quàm  
 ipsi, vel illi facere teneantur. Liceatque eisdem Confratribus, qui Præ-  
 lati, aut Presbyteri fuerint, ac etiam Capellanis præfatis, & eorum sin-  
 gulis habere Altare portatile cum debitis reuerentia, & honore, su-  
 per quo in locis ad hoc congruentibus, & honestis, sine iuris alieni præ-

Confirma-  
tio.

Perpetuo  
supplet de-  
fectus.  
Confratris  
Electio cõ-  
fessoris.  
Absolutio.

Votã

Plenariã  
missio.

Satisfactio  
tertij.

Prælati &  
Presbyte-  
ris Confra-  
tribus. Alta-  
re.

Etia añ. lu-  
cem.

Interdicti  
tempore.

Capellani  
Confes. au-  
diant.

Vota.

Corporade  
functorum.

✠ ✠ Los  
dias de la  
Concepció  
de nuestra  
Señora, y  
Comemora  
cion de los  
finados, a  
los visitan  
tes, plena  
ria remis  
sion.

Singulis  
diebus.

iudicio, etiam antequam illucescat dies, circa tamen diurnam lucem, cum qualitas negotiorum pro tempore ingruentium id exegerit. Ita tamē, quod id eis, aut Sacerdotibus taliter celebrantibus ad culpam, nequeat imputari. Et si ad loca Ecclesiastico interdicto ordinaria auctoritate, supposita eos declinare contigerit in illis clausis Ianuis, non pulsatis campanis, & Submissa voce excommunicatis, & interdictis prorsus exclusis in sua, & familiarium suorum domesticorum præsentia dummodo ipsi, vel illi causam non dederit interdicto, nec id eis, aut illis cōtigerit specialiter interdici possint, per se ipsos, aut per proprium, vel alium Sacerdotem idoneum Missas, & alia diuina Officia celebrare, seu celebrari facere. Quodque Capellani Confraternitatis huiusmodi pro tempore existentes, omnium, & singulorū, vtriusque sexus, Confratrum dictæ Confraternitatis, & aliorum, etiam infirmorum, & Peregrinorum in Capella, & Hospitali Campi Sancti, huiusmodi quoties expediens fuerit confessiones diligenter audire, ac eis, & eorum singulis, pro commissis pœnitentiam salutarem iniungere, necnon vota, quæcunque supradictis quatuor, duntaxat exceptis in alia pietatis opera commutare, & iuramenta relaxare, eisque, & eorum singulis Eucharistiam, & alia Sacramenta Ecclesiastica ministrare, & illa ad domum habitationum suarum, cum debita reuerentia deferri. Et quoruncunque Peregrinorum, & aliarum personarū, in quibusvis Parochijs, & alijs locis dictæ Urbis pro tempore decedentium, & eorum sepulturas in dicta Capella, seu illius Cimiterio eligentium corpora à domibus, & locis in quibus decesserint, absque alicuius Rectoris Parochialium, Ecclesiarum licentia extrahi, & in Capella, seu Cimiterio huiusmodi sepeliri, facere libere, & licite valeant. Et in super, quod omnes, & singuli vtriusque sexus, Christi fideles in dicto Hospitali pro tēpore decedentes, ac omnes, & singulæ personæ, siue fuerint Confratres, siue alij verè pœnitentes, & confessi, qui Capellam ipsam in festi. Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis, & Commemorationis defunctorum diebus à primis Vesperis, vsque ad occasum Solis, dierum eorundem inclusivè, quoties id fecerint plenariam omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint indulgentiam, & remissionem. Necnon, qui singulis anni diebus, eandem Capellā visitauerint, & pro manutentione Hospitalis, ac pauperum, & miserabilium personarum inibi, pro tempore degentium, subuentione manus adiutrices porrexerint, ac pro salute animarum, quarum corpora in eisdem Capella, & Cimiterio sepulta fuerint, preces altissimo effuderint, videlicet singulis festiuis ducentos, & non festiuis diebus centum annos, & totidem quadragenas de iniunctis, eis pœnitentijs misericorditer, in Domino consequantur. Quodque omnes, & singulæ personæ, etiam exemptæ, cuiuscunque Status, Ordinis, conditionis, vel præminentix fuerint bona, & res Hospitalis, & Confraternitatis prædictorum, seu occupantes, eo ipso excommunicationis, sententiam incurrant, non obstantibus præmissis, ac quibusvis Apostolicis, necnon in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs & ceteris generalibus, vel specialibus Constitutionibus, &

In occupā  
tes bona.  
Nequis ob  
hanc con-  
fidentia pecc  
cet.

Ordinationibus; ceterisque; contrariis, quibuscunque volumus autem, ne, quod absit Confratres presentes, & futuri, ac Capellani, & seruitores pro tempore deputati Hospitalis huiusmodi gratiam, vel concessionem eligendi Confessorem reddantur procliuiores, ad illicita in posterum committenda, quod si a sinceritate fidei unitate dictæ Roma. Eccle. ac obedientia, & deuotione nostra, vel successorum nostrorum Canonice intrantium destiterint, aut ex confidentia confessionis, vel emissionis prædictorum, aliqua forsitan, commiserint, concessio, & remissio prædictæ, ac quo ad illas presentes literæ, eis nulla tenus suffragentur. Quodque indulto celebrandi, seu celebrari faciendi ante diem parce utantur, quia cum in Altaris ministerio imoletur Dominus noster Iesus Christus Dei Filius, qui candor est lucis æternæ congruit, hoc non noctis tenebris fieri, sed in luce. Cæterum, quia difficile foret presentes litteras ad singula, quæque in quibus de eis fides forsitan facienda foret loca deferre, etiam volumus, & dicta auctoritate Apostolica decernimus, quod earum transumptis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Prælati Ecclesiastici munitis in iudicio, & alibi, ubi opus fuerit eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberentur eisdem presentibus, si forent exhibitæ, vel ostense. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ absolutio- nis, approbationis, inuolutionis, confirmationis, decreti, suppletio- nis, Statuti, Ordinationis, voluntatis, & Constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, eius se noverit incursum. Dat. Rom. apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, M. D. XIII. Vndecimo Calend. Nouembris, Pontificatus nostri anno primo. Ia. Sadoletus.

Parce utā  
dum facul-  
ta. celeb  
a n. lucem.  
Trāsump-  
ti fides.

*Confirmationis Indulgentia, & Privilegia Ecclesie  
Sancti Ioannis Baptiste, ac Cosma, &  
Damiani Martirum.*

**L**EO Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memo-  
riam intenta, iugiter salutis operibus Apostolicæ Sedis, copiosa  
benignitas, pro singulorum excitanda deuotione fidelium, pia, ac salu-  
bria ipsorum fidelium, vota, ex quibus diuini Cultus speratur aug-  
mentum, salusque prouenit animarum, benigno favore prosequitur,  
& ut optatum sortiantur effectum opem libenter, & operam atten-  
tius impartitur, ac alias statuit disponit, & ordinat, prout id in Do-  
mino cōspicit salubriter expedire. Sanè sicut nobis innotuit dilecti fi-  
lij vniuersi mercatores, & alij vtriusque sexus, homines nationes Flo-  
rentiñ. Ro. Cu. sequen. cupiunt pro eorum consolatione, & animarū  
salute, in quodam solo per eos empto, sito, in regione pontis de Vr-  
be; prope flumen tiberis, ad omnipotentis Dei, eiusque intemeratæ  
Virginis Mariæ, ac totius Curie cælestis, vnam Ecclesiam sub inuoca-  
tione Sanctorum Ioannis Baptiste, ac Cosma, & Damiani Martirum,  
cui

S. Ioā. Bapa  
& S. Cosme  
& Damiani

Motu pro-  
prio.  
Ex certa  
scientia.

8  
eui cura animarum Vniuersitatis Curialium, dictæ nationis immi-  
near, & ad quam, & non etiam ad Ecclesiam dictæ Urbis, pro diuinis  
audiendum, ac Sacramentis Ecclesiasticis recipiendum dicti Curiales  
accedere teneantur à fundamentis sumptuoso opere, & miro ædifi-  
cio construi, & ædificare facere, si hoc eis à Sede prædicta libere conce-  
datur. Nos igitur, quia salutem quærimus singulorum, ac diuinum  
Cultum, ubique vigere, & augere nostris, potissime temporibus, syn-  
ceris, desiderijs affectamus eisdem Vniuersitatem, & eorum singu-  
los à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijs-  
que Ecclesie sententijs, censuris, & poenis, à iure vel ab homine, quauis oc-  
casionem, vel causa laici, si quibus quomodolibet innodati existunt ad  
affectum præsentium, duntaxat consequendum, harum serie absol-  
uentes, & absolutos, fore censentes Motu proprio, non ad ipsorum  
Vniuersitatis, vel alicuius pro eis nobis, super hoc oblatæ petitionis  
instantiam, sed ex certa scientia, ac mera deliberatione nostris, necnō  
de Apostolicæ potestatis, plenitudine Vniuersitati Curialium natio-  
nis huiusmodi in dicto, aut alio eorum solo dictæ Urbis per eos eligē-  
do, & ad hoc idoneo, vnā Ecclesiam cum fonte, seu fontibus baptismalibus,  
campanili, campanis, Cimiterio, & alijs iuribus, ad hoc necessa-  
rijs ad instar Parochialium, Ecclesiarum, sub prædicta, aut alia inuo-  
catione, etiam per eos eligenda construi, & ædificare faciendi, ac Ec-  
clesia, & campanile huiusmodi ad altitudinem; de qua eis videbitur  
extollendi auctoritate Apostolica, tenore præsentium licentiam, &  
facultatem concedimus, dictamque construendam Ecclesiam post-  
quam constructa, seu taliter, quod diuina inibi decenter, ac com mode  
celebrari possint construi, cepta fuerit in Parochialem, seu cum cura  
secularem Ecclesiam cum fontibus baptismalibus, campanili, campa-  
nis, Cimiterio, & alijs necessarijs officinis, ad Parochialem Ecclesiam  
pertinentibus, & ex nunc, prout, ex tunc, & contra erigimus, & insti-  
tuimus, & quod ex nunc deinceps in perpetuum omnes, & singula,  
etiam Ecclesiasticæ, quacunque Dignitate fungantur, & etiam laica-  
les, cuiuscunque conditionis, status, aut artificij existant, vtriusque se-  
xus, personæ dictæ nationis, & de Florentinorum dominio oriundæ,  
duntaxat eandem Curiam sequentem ac eorum, & vtriusque sexus, libe-  
ri, & quandiu obsequijs eorum insistent seruitores, & familiares in di-  
cta Curia habitantibus, etiam si familiares, & seruitores huiusmodi, ac  
ipsorum Curialium coniugatorum, videlicet vxores, alienæ nationis  
existant, quamuis dictæ personæ infra limites, aliarum Parochialium,  
Ecclesiarum dictæ Urbis inhabitent, seu habitationem habeant sint, &  
esse censeantur Parochiani dictæ construendæ Ecclesiæ, & ad illa pro  
diuinis audiendis, & Sacramentis Ecclesiasticis, huiusmodi suscipien-  
dis diebus festiuis, & alias accedere proprijs eorum Parochiani, Recto-  
ris, aut cuiusvis alterius licentia, super hoc minimè requisita liberè, &  
licite possint. Et ad alias qualvis Ecclesias, etiam Parochiales dictæ Vr-  
bis quantuncunque in illarum Parochijs habitauerint, vt præfertur  
pro diuinis audiendis, & Sacramentis suscipiendis, huiusmodi accede-  
re, minime teneantur, nec ad id à quoquam inuiti, valeant coarctari.

Quod.

Quòdque cura Ecclesiæ construendæ, & seu illius Parochianorū huiusmodi per octo decem, aut plures Presbyteros, Sæculares idoneos, ad nutum Consulis, & Consiliariorum, seu operariorum, aut aliorū officiariorum nationis, & seu Ecclesiæ construendæ huiusmodi, per dictos Vniuersitatem pro tempore instituendorum, & pro tempore ponendos, & amouendos exerceri, ac eidem construendæ Ecclesiæ in diuinis deseruii debeat; sic tamen, quod dicti Præsbyteri, Curā animarum in alios, quàm dictæ nationis homines, & alios prædictos: etiam quantuncunque in domibus, seu locis, eidem construendæ Ecclesiæ vicinis, & contiguis moram traxerint, seu habitauerint sine speciali illorum Parochiæ Rectoris, licentia exercere, & illis Sacramenta Ecclesiastica, ministrare non possint. Quinimo alterius nationis homines superius, non expressi pro diuinis audiendis, & Sacramentis suscipiendis huiusmodi, ad Parochiales Ecclesias, cuius Parochiani, pro tempore fuerint accedere teneantur, nec pro eo, quòd in locis, seu domibus, etiam eidem construendæ Ecclesiæ contiguis, seu vicinis, vt præfertur habitauerint illius Parochiani, sint, vel intelligantur, nec in illa ius, aut iurisdictionem aliquam acquirant perpetuo, statuimus, & ordinamus. Et insuper Vniuersitatem Curialium Florentinæ nationis, & Florentinorum dominio oriundorum, ac eorum familiares, seruitores, & coniugatorum eorundem vxores, & liberos, huiusmodi, ab huiusmodi ab omni cura, ac spiritualia iurisdictione superioritate, & dominio sanctorum Celsi, & Iuliani de Vrbe, quæ etiam Parochialis, & in cuius Parochiæ districtu, primo dictum solum forsan, situatum existit, ac omnium, & singularum, aliarum Ecclesiarum, & Parochialium dictæ Urbis, in quarum Parochijs, & seu pertinentijs dicti Curiales habitauerint, vt præmittitur eorumque Capitulorum, Rectorum, & gubernatorum pro tempore, etiam quoad decimarum sponsaliorum, funeralium, & aliorum quoruncunque iurium Parochialium, solutionem. pœnitus, & omnino absoluiamus, ac perpetuo eximimus, & totaliter liberamus. Ita, quod de cætero Canonici, & Capitulum dictæ Sanctorum Celsi, & Iuliani, ac illius, & aliarum Parochialium, Ecclesiarum, huiusmodi Rectores, seu gubernatores, & administratores pro tempore in Vniuersitatem Curialium, ac illorum vxores liberos familiares, & seruitores prædictos curam, & seu iurisdictionem, aut superioritatem aliquam exercere, & habere nō possint. Nec ipsi Curiales Florentini, ac alij prædicti sic exempti illos, tanquam eorum superiores, seu animarum pastores, aut Rectores, vel alias quouis modo, in eorum festiuitatibus, Processionibus, & alijs actibus, etiā circa diuina faciendis, conuocare, appellare, seu expectare inuicti teneantur. Decernentes Curiales Florentinæ, ac alios exemptos, huiusmodi per Capellam, Rectores, gubernatores, & seu administratores prædictos, ac quoscumque alios quauis dignitate, & seu potestate fungentes, desuper quouis quæsito colore directe, vel indirecte, etiam sub excommunicationis, latæ sententiæ, ac mille ducatorum fabricæ, eiusdem construendæ Ecclesiæ applicandorum, per singulos contra facientes, eò ipso incurrendis pœnis molestari, perturbari, vel inquietari.

dictamque construendam Ecclesiam, necnon Capellas, seu altaria in  
ea ædificanda, & construenda in titulum perpetui beneficij Ecclesia-  
stici, siue in eis, & ad illa Capellaniam, & alia perpetua beneficia Eccle-  
siastica erigi, & illa cuiuscunque, vel quibuscunque personæ, seu perso-  
nis Ecclesiasticis, Sæcularibus, vel Regularibus, cuiuscunque dignita-  
tis, status, gradus, ordinis, præminentiam, vel excellentiam existentibus,  
etiam Pontificali, aut alia maiori dignitate, etiam Cardinalatus hono-  
re fulgentibus, & functuris, etiam per nos, & Sedem prædictam con-  
ferri commendari, aut in administrationem, vel alias concedi, seu ad  
eorum, vel beneficiorum eorundem commodum, & utilitatem, vel  
etiam alias vniri annectere, & incorporare, aut aliter de illis, seu illo-  
rum rebus, & bonis in præiudicium Vniuersitatis Curialium huius-  
modi, ac societatis, seu Confraternitatis infra scriptæ, & contra eorū  
voluntatem disponi non posse. Necnon res, & bona construendæ Ec-  
clesiæ, ac societatis huiusmodi mobilia, & immobilia præsentia, & fu-  
tura, licet Ecclesiæ donata relicta, & incorporata inter, & pro tempo-  
re fuerint, quoad hoc, vt Ecclesiæ potestati, quantum ad dispensatio-  
nem illorum contra voluntatē, & præter consensum expressum Vni-  
uersitatis Curialium nationis huiusmodi, non subiaceant mere laica-  
lia esse, intelligi debere: ita, quod per donationem, & incorporationē  
huiusmodi, talia esse non desinant, nec ad dispensationem Ecclesiæ,  
cui incorporata sunt, vel erunt censeri: sicq; per quoscunque Iudices,  
& Commissarios, etiam S. Ro. Eccle. Cardinales, ac causarum Palatii  
Apostolici Auditores, in quavis instantia, etiam primæ, & vltioris  
appellationis sublata eis, & eorum cuiuslibet, quavis alias, & aliter inter-  
pretandi facultate, potestate, & auctoritate iudicari, sententari, & dif-  
finiri debere, necnon irritum, & inane, quicquid secus super his per  
quoscunque quavis auctoritate, etiam per nos scienter, vel ignoran-  
ter contigerit attentari. Præterea dictam construendam Ecclesiam,  
ac Confraternitatem, siue societatem laicorum Florentinorum, dictæ  
Vrbis de pietate nuncupat. quæ propè locum eiusdem construendæ  
Ecclesiæ coadunari, & congregari consuevit, ac illarum singularium  
res, & bona huiusmodi, quæ pro sufficienter expressis, præsentibus  
haberi volumus inuicem, perpetuo vnimus annectimus, & incorpo-  
ramus, ac sibi hinc inde illarum, res, & bona, & prædicta, etiam perpe-  
tuo applicamus, & appropriamus. Necnon res, & bona huiusmodi,  
per Consulem Consiliarios, operarios, & alios officarios construendæ  
Eccl. & societatis huiusmodi, per dictos Vniuersitatem pro tem-  
pore ponendos, & instituendos, & non per alios regi, & gubernari  
debere, etiam perpetuo, statuimus, & ordinamus. Et nihilominus, vt  
dicta construenda Eccl. ad perfectum ædificationis opus deducatur, &  
in suis structuris, ac ædificijs reparetur, cōseruetur, & manuteneatur,  
librisque calicibus, & alijs ornamentis Ecclesiasticis, ad diuinum Cul-  
tum necessarijs fulciatur, ac condignis frequentetur honoribus, & in  
maiori veneratione abeatur, de omnipotentis Dei misericordia, ac  
Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, cuius auctoritate confisi,  
omnibus, & singulis, vtriusque sexus, fidelibus, verè pœnitenti-  
bus



bus, & confessis, seu firmum propositum confitendi habentibus, qui dictam construendam Eccl. postquam construi, & ædificari cæpta, & donec ad perfectum opus deducta fuerit in S. Ioannis Baptistæ, & Satorum Cosmæ, & Damiani, huiusmodi festiuitatibus, à primis Vesperis, vsq; ad occasum Solis, singularum festiuitatum, earundem deuotè visitauerint annuatim, & pro illius fabrica structuris, & maintenance, ac alijs supradictis de bonis, sibi à Deo collatis pro eorum arbitrio, & qualitate aliquid legauerint, seu manus porrexerint adiutrices, vel aliquod charitatis subsidium contulerint, seu senes, & ualidularij, ac prægnantes, & lactantes mulieres, & alij legitimo impedimento detenti, de eisdem bonis suis pro præmissis ad dictam construendam Eccl. transmiserint, plenariam omnium peccatorum suorum à pœna, & à culpa remissionem, & absolutionem ad instar anni iubilæi concedimus, & elargimur; illis vero, qui alijs cuiuslibet anni diebus dictam construendam Eccl. etiam visitauerint, & ad præmissa manus porrexerint adiutrices, ut præfertur pro quolibet die qua, & quoties, id fecerint mille annos, & totidem quadragenas de inuinctis, eis pœnitentijs misericorditer, in domino relaxamus. Necnon omnibus, & singulis, etiam utriusque sexus, fidelibus dictæ nationis Florentinorum, eorumque familiaribus, seruatoribus, & subditis præfatis duntaxat, quòd ipsi decætero perpetuis futuris temporibus quadragesimalibus, & alijs diebus, & temporibus stationum dictæ Urbis, eandem construendam Eccl. deuotè visitando, & ter orationem Dominicam, ac totidem Salutationem Angelicam pro felici statu, ac vnitate, & prosperitate eiusdem Ro. Eccl. ac Ro. Pont. pro tempore, etiam deuotè recitando, tot, & similes indulgentias, ac peccatorum remissiones consequantur, quas consequerentur, si singulis diebus, & temporibus, eisdem septem principales, & alias dictæ Urbis, & extra existentes Eccl. & Basilicas pro stationibus, & indulgentijs Urbis, huiusmodi consequendis deputatas, personaliter visitarent præfata auctoritate Apostolica, earundem tenore præsentium, etiam concedimus. Quocirca venerabilibus fratribus nostris Salutarum, & Casertan. Episcopis, ac dilecto filio Præposito Eccl. Florentin. per Apostolica scripta motu, si mili mandamus; quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præmissa omnia, & singula, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Vniuersitatis Curialium, ac societatis, huiusmodi fuerint, desuper requisiti solemniter publicantes, eisdemque Vniuersitati in præmissis efficacis, defensionis præsidio, assistentes faciant auctoritate nostra Vniuersitatem Curialium, huiusmodi, ac alios prædictos, prout præsentibus literæ illos concernunt licentia, facultate, exemptione, liberatione, & concessione, ac alijs præmissis pacificè frui, & gaudere, ac Statutum, Ordinationem, Decretum, & alia prædicta perpetuis futuris temporibus, inuolabiliter obseruari, non permittentes Vniuersitatem, ac alios exemptos per Capellam, Rectores, gubernatores, & administratores prædictos, seu quoscunque alios desuper directè, vel indirectè, quouis quæsito colore molestari, vexari, vel inquietari contradictores rebelles, & inobedientes, per excommunicationem

S. Ioã. Bap.

S. Cosmæ,  
& Damian.  
Benefacto.Impediti,  
Indulgentia  
plenaria ad  
modum iu-  
bilæi.  
Singulis die-  
bus.Quòd visitan-  
tes Hos-  
pitale cõse-  
quatur tot  
& similes  
indulgentias  
ac peccato-  
rum remis-  
siones quas  
consequun-  
tur visitan-  
tes septem  
Ecclesias  
principales  
Urbis, &c.

Conseruatores.

Incontra-  
tores, &c.

tionis, latæ sententiæ, ac mille ducatorum, huiusmodi, necnon alias  
cenfuras, & pœnas Ecclesiasticas, etiam pecuniarias, de quibus eis vi-  
debitur, ac alias iuris remedia opportuna, appellatione postposita  
compescendo, ac cenfuras, & pœnas prædictas, prout superius, lata  
sunt incurrisse declarando inuocato, etiam ad hoc, si opus fuerit au-  
xilio brachij sæcularis, & nihilominus legitimis, super his habēdis ser-  
uatis processibus, illos quos cenfuras, & pœnas, huiusmodi incurrisse,  
constiterit quoties opus fuerit iteratis, vicibus aggrauare procurent.  
**Non obftā.** Non obstantibus præmissis, ac fel. rec. Innocentij Papæ III. præde-  
cef. nostri contra exemptos, quæ incipit: Volentes, ac alijs Constitu-  
tionibus, & Ordinationē Apostolicis, nec Sanctorum Celsi, & Iuliani,  
ac aliarum Ecclesiarum, huiusmodi statutis, & cōsuetudinibus, etiam  
iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate, alia ro-  
boratis priuilegijs, quoque indultis, & literis Apostolicis, illis, ac ea-  
rum Capitulis, Rectoribus, & personis, ac quibusvis verborum for-  
mis, & expressionibus per nos, & Sedem prædictam pro tempore  
concessis, approbatis, & innouatis, ac quibusvis pactis, contractibus,  
& conuentionibus, per, & inter Vniuersitatem, & homines nationis,  
& societatis, ac Canonicos, & Capitulum Ecclesiæ Sanctorum Celsi,  
Iuliani, huiusmodi factis, & initis, & iuramento valatis, etiam, si in eis  
caueretur expressè, quòd Vniuersitas, & homines nationis, & seu so-  
cietatis, huiusmodi, sub cura, & regimine Ecclesiæ Sanctorum Celsi,  
& Iuliani, ac illius Capituli huiusmodi esse, & præfatum Capitulum, in  
illorum superiores, seu animarum suarū pastores recognoscere de-  
berent, & nullo vnquàm tempore, aliquid in Ecclesiæ Sanctorum Cel-  
si, & Iuliani, ac illius Capituli, huiusmodi præiudicium à Sede prædi-  
cta, vel alias impetrare, nec impetratis, seu alias quouis modo, etiam  
motu, simili concessis, vti possent, quibus omnibus, & singulis illorū  
tenores, & formas, ac si de verbo ad verbum insererētur presentibus  
pro sufficienter expressis, & insertis habentes, in quantū effectui præ-  
sentium in aliquo, etiā quantuncunq; modico præiudicarent, seu præiu-  
dicare, aut aliter quouis modo obstare viderētur illis, alias in suo ro-  
bore permanfuris, hac vice, duntaxat motu scientia, & potestatis ple-  
nitudine, similibus harum serie specialiter, & expressè derogamus, ac  
quæcunq; iuramenta super pactorum, contractuum, conuentiono-  
rum, statutorum, consuetudinum, & priuilegiorum, prædictorum,  
obseruantia per Vniuersitatem, Curialium, nationis, & seu societa-  
tis huiusmodi, ac illorum singulos forsā, præstita relaxamus contra-  
rijs quibuscunq; aut si Capitulis, Rectoribus, & gubernatoribus  
prædictis, vel quibusvis alijs communiter, vel diuisim ab eadem, sit  
Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari nō pos-  
sint per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de  
verbo ad verbum, de indulto huiusmodi, ac eorum personis, locis, or-  
dinibus, & nominibus proprijs mentionem. Nulli ergo omnino ho-  
minum liceat, hanc paginam nostræ absolutionis, erectionis, institu-  
tionis, executionis, liberationis, decreti, vnionis, annexionis, incorpo-  
rationis, appropriationis, applicationis, statuti, ordinationē, elargi-  
tionē.

tionem concessionem, mandati derogationem, & relaxationem infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem, hoc attentare, præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, M.D.XIX. quarto Idus Ianuarij, Pontificatus nostri anno septimo.

*Bulla Monasterij sanctæ Mariæ Magdalena, Ordinis sancti Augustini, conuertitarum de Vrbe.*

CLEMENS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Cum ex corpore, & anima constet homo, & nobilitate subiecti actionis nobilitas mensuretur: Christusque Saluator noster, testatus fuerit gaudium esse in celo maius, super vno peccatore penitentiam agente, quam super nonaginta nouem Iustis, qui non indigent penitentia manifestè apparet Monasterium monialium Beatae Mariæ Magdalena, in quo mulieres carnis libidini, & licentiosæ vitæ antea affluere charitatiuè recipiuntur, ac in viam domini diriguntur, earumque, & illas sequentium animabus, æterna salus paratur, tanto pauperum Hospitalia, in quibus Christi pauperes Hospitantur, infirmi curantur, esurientes cibantur, nudi cooperiuntur, & alia vitæ subsidia ministrantur, nec non etiam aliarum sanctimonialium, loca excellere, quanto anima corpus, & perpetua transitoria, ac cælestia terrena, & spiritalia corporalia, quanto que millenarius, numerus, denarium numerum antecellunt, vnde nos, qui in minoribus constituti, & Cardinalatus honore fulgentes Deo, à quo cuncta bona procedunt auctore, Monasterium ipsum fundauimus, circa illius conseruationem augmentam & propagationem, eò diligentius vigilamus, quò opera nostra sumpsit exordium, & maiori, nunc diuina fauente clementia fungimur potestate, vberriamque inde acceptabilem messem Deo, in dies conspiciamus prouenire. Dudum siquidem re. Leo. Papæ X, prædecessor noster per eum accepto, quòd quam plures incontinentes mulieres, in alma Vrbe nostra degentes, si aliquem Religiosum locum, vbi reciperentur haberent à turpis, & inhonesta vita, huiusmodi recederent, & castè, deinceps viuendo grati, exhiberent altissimo famulatum, Motu proprio, & ex certa sua scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, Parochiale Ecclesie sanctæ Lucie de Vrbe, regionis columnæ in Monasterium Monialium, sub inuocatione Beatae Mariæ Magdalena, cum campanili, humili campana, dormitorio, refectorio, hortis, hortalijs, & alijs officinis necessarijs pro perpetuis vsu, & habitatione mulierum à lapsu carnis, & sordida vita recedentium, & penitentiam agere volentium, Monialium Beatae Mariæ Magdalena de Pnia, nuncupandarum cuiuscunque status, gradus, nobilitatis, conditionis, præminentia, & nationis forent erexit, & inibi vnam Abbatissam, seu Priorissam, quæ non perpetuò, sed ad certum tempus inibi, præfisset præficiendam esse, ac

Conuertitarum.

Proœmiū.

Narratiua.  
Bullæ felix.  
re. L. Pa. X.

mulieres, huiusmodi vocatis, Rectoribus, societatis, charitatis de Vr-  
be, qui de qualitatibus earum plenè informati deberent recipi, & tria  
vota solemnè in manibus, huiusmodi Abbatisse, aut Priorisse pro  
tempore existentis emittere, ac Regulam Beati Augustini, earum sta-  
tui congruam profiteri, & habitum nigrum subtus, ac desuper clami-  
dem, seu scapulare album, ad designandum vitæ mutationem gestare,  
& sub perpetua, ac strictissima clausura quàm nullus, cuiuscunq; sta-  
tus, auctoritatis, & præminentie existens, ac etiam Cardinalatus ho-  
nore præfulgens, sub maledictionis, & damnationis æternæ, & excō-  
municationis, latæ sententiæ, pœna cuius absolutionem, sibi, & suc-  
cessoribus suis canonicè intrantibus, tantummodo reseruat violat-  
re, præsumere viuere, & à colloquio voce, vel in scriptis qua-  
runcunq; personarum Sæcularium, vel Regularium, etiam affi-  
rentibus, & parentum quomodocunq; nisi per craticulam ferream,  
præsentibus Abbatisse, seu Priorisse huiusmodi, ac duabus antiquio-  
ribus, & grauioribus ipsius Monasterij Monialibus, ac etiam si videre  
tur, duobus Rectoribus societatis, huiusmodi pœnitus abstinere, ac  
sub cura Fratrum Minimorum, Conuentum Sanctissimæ Trinita-  
tis de Vrbe subesse. Redditus verò prouentus, & bona quæcunq; di-  
cto Monasterio quolibet pro tempore spectantia, & pertinentia, per  
Rectores societatis, huiusmodi regi, & gubernari, ac distribui. Necnō  
quatuor clauēs, & seras totidem in portis introitus, ipsius Monaste-  
rij esse, ipsasque clauēs, penes quatuor Rectores societatis, huiusmo-  
di permanere debere, nec portam ipsius Monasterij, nisi saltem duo-  
bus, ex Rectoribus societatis, huiusmodi, tunc præsentibus apperiri  
posse. Et pro supportatione onerum, ac expensarum inibi in dies, pro  
tempore necessariorum, omnia, & singula bona, ac spolia Curialium  
meretricum, ex illicito quæstu, & extra matrimonij claustra, & pudō-  
rē viuentium in dicta Vrbe pro tempore ab intestato, & absque con-  
dendi, seu faciendi testamentum facultate decedentium, quæcunq;  
& qualiacunq; forent, eidem Monasterio perpetuò, applicata, & in-  
corporata esse decreuit, ac ex tunc, prout cum casus adueniret, &  
æcontra applicauit, & incorporauit. Necnon ipsis Curialibus, & in-  
honestis mulieribus, quæ ad minus quartam, vel quintam partē, bo-  
norū suorū, quoruncunq; mobilium, & immobilium, eidem Monasterio,  
piè relinquere legare, vel donare vellent faciendi, & condendi testamē-  
tum, ac de reliquis earū bonis mobilibus, & immobilibus, cuiuscunq;  
qualitatis quantitatis, & valoris, forent libere, & licitè disponendi fa-  
cultatem concessit, ac voluit, quòd Rectores dictæ societatis, pro di-  
cto Monasterio agentes, bonorum legatorum, donatorum, seu reli-  
ctorum huiusmodi, & aliorum bonorum, earundem Curialium, me-  
reticum ab intestato, aut sine facultate testandi decedentium, & prop-  
terea ad Monasterium ipsum pertinentium, quancunq; casus  
contingeret possessionem realem, & actualem capere, & retinere, ac de  
ipsis bonis nomine, & ad opus dicti Monasterij disponere possint. Ita-  
tamen, quòd de ipsis bonis, duo inuentaria coram probis viris, per  
Notarium publicum incontinenti, & quantocius possent facere tene-  
ren-

sentur, quorum vnum Abbatissæ, seu Priorissæ pro tempore, reli-  
 quum verò societati, huiusmodi consignare deberent, & in super Cor-  
 rectori pro tempore dicti Conuentus Fratrum Minorum statuta,  
 tam circa horarum, ac diuinorum Officiorum celebrationem, quam  
 aliam directionem ipsarum Monialium, concernentia concedendi, ac  
 de Confessoribus idoneis Rectoribus societatis, huiusmodi gratis, &  
 acceptis, eisdem Monialibus, pro tempore existentibus providendi,  
 ipsasque Moniales, & earum singulas pro tempore existentes, à qui-  
 buscunque earum peccatis criminibus excessibus, ac delictis, quantū-  
 cunque grauibus, & enormibus, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, de  
 quibus corde contritæ, & ore confessæ forent, toties quoties opus fue-  
 rit auctoritate Apostolica absoluendi, eisque pœnitentiam salutarem Benefactoribus.  
 iniungendi facultatem concessit, ac Monasterium ipsum, illiusque Ab-  
 batissam, & Moniales, ac res, & bona, quæcunque sub sua, & Sedis eius-  
 dem, ac Beati Petri protectione, & inuolabili conseruatione susce-  
 pit, necnon Abbatissæ, seu Priorissæ ac Monialibus pro tempore exi-  
 stentibus, eiusdem Monasterij, singulisque Christifidelibus, vtriusque  
 sexus, vndecunq; existentibus, & manus adiutrices pro substetatione  
 Monasterij, & Monialium, huiusmodi porrigentibus, omnes, & sin-  
 gulas, & easdem et indulgentias, facultates, ac peccatorum remissio-  
 nes, quas societatis charitatis, huiusmodi, ac illi manus adiutrices por-  
 rigentibus, concesserat concessit. Ac Rectoribus Parochialium, & alia Indulgentia  
societ. cha-  
ritatis.  
 rum Ecclesiarum in Vrbe consistentibus, vt quam primum de obitu  
 Curialium meretricum, huiusmodi notitiam haberent, id Rectori-  
 bus societatis huiusmodi, infra certum breue preceptorium termi-  
 num eis desuper etiam sub censuris, & pœnis, tunc expressis præfigē-  
 dum, notificare, & reuelare haberent præcepit inter alia per suas lite-  
 ras, prout in illis plenius continetur. Et de inde dicto prædecessore, Finitis Bullæ  
Leonis.  
 sicut Domino placuit de medio sublato. Nos diuina fauente clemen-  
 tia, ad summum Apostolatus apicem, assumpti omnia Beneficia Eccle-  
 siastica, cū Cura, & sine Cura apud Sedem prædictam, tunc vacantia,  
 & in antea vacatura, collationi, & dispositioni nostræ, reseruauimus  
 decernentes, ex tunc irritum, & inane, si secus super his, à quoquam  
 quauis auctoritate scienter, vel ignoranter, contigerit attentari, cum  
 itaque postmodum Ecclesia S. Lucie, prædicta per liberam resigna-  
 tionem dilecti filij Ioānis Baptistæ, baccarij nuper ipsius Ecclesiæ Re-  
 ctoris de illa, quam tunc obtinebat in manibus nostris spontè factā,  
 & per nos admissam, apud Sedē eandem vacauerit, & vacet ad præ-  
 sens, nullusque de illa præter nos hac de vice disponere, potuerit, siue  
 possit reseruatiōe, & decreto obfistentibus suprascriptis, & sicut acce-  
 dimus pro eo, quod in dictis literis inter alia, quod ipso Ioan. Baptistæ,  
 qui tunc, & dictæ Ecclesiæ Rector existebat, in hoc expressè consen-  
 tiente, & omne ius sibi in dicta Ecclesia, quomodolibet competens in  
 manibus dicti prædecessoris spontè, & liberè remittente, ipse præde-  
 cessor eandem Ecclesiam in Monasterium, huiusmodi erigebat ex-  
 pressum fuit, & forsan, etiam ex alijs causis de viribus literarum, hu-  
 iusmodi à nonnullis hesitetur. Nos, vt literarum, prædictarum, no-  
 ti-

Approba-  
tio dictæ  
Bullæ, ab  
eiusdem ere-  
ctio. Mona-  
sterij Bea-  
tæ Mariæ  
Magdal.

Vnio, & cõ-  
cessio Paro-  
chialis Ec-  
clesiæ S. Lu-  
ciæ, eidem  
Monasterio

Extinctio ti-  
tuli, & qua-  
litas, ac  
essentiæ be-  
neficij in  
dicta Eccle-  
sia.

tinuus succedat effectus providere, volentes Motu proprio non ad ali-  
cuius, super hoc nobis oblatę petitionis instantiam, sed de nostra me-  
ra libertate, auctoritate Apostolica, tenore presentium, literas præ-  
dictas, ac omnia, & singula in eis contenta ab earundem literarum da-  
ta, & in illorum fauorem inde secuta quæcunque approbamus & in-  
nouamus, & valere plenamque roboris firmitatem obtinere, ac om-  
nibus, & singulis quorũ interest suffragari debere in omnibus, & per  
omnia etiam perinde, ac si tempore datarum literarum huiusmodi  
consensus Ioannis Baptiste, & remissio iuris, ac resignatio, & illius ad-  
missio huiusmodi interuenissent volumus, & pro potiori cautella in  
Ecclesia sanctę Lucię prædicta, & apud illam vnum sub inuocatione  
Beatę Marię Magdalene huiusmodi Monasterium Monialium cum  
Ecclesia campanis, campanali, claustro, dormitorio, refectorio, hortis,  
hortalitijs, & alijs officinis necessarijs, prout perpetuis vsu, & habita-  
tione mulierum Curialium nuncupatarum, & extra matrimonium,  
& pudore viuentium, & huiusmodi impudicam vitam relinquere, ac  
in eodem Monasterio altissimo famulari volentium perpetuo erigi-  
mus, & instituimus ipsamque Ecclesiam sanctę Lucię siue præmisso,  
siue alio quouis modo aut ex alterius cuiuscunque persona, seu per  
similem dicti Ioannis Baptiste, vel cuiusvis alterius resignationem de  
illa in Romana Curia, vel extra eã etiam Notario publico, & testibus  
spontè factam aut constitutionem pię me. Ioannis Papę XXII. etiã  
prædecessoris nostri, quæ incipit. Execrabilis, vel assencionem alte-  
rius Beneficij Ecclesiastici quauis auctoritate collati vacceat; etiam si  
tãto tempore vaccauerit, quod eius collatio iuxta Lateranũ & statuta  
consilij ad Sedem prædictam legitimè deuoluta, ipsaque Ecclesia dis-  
positioni Apostolicę specialiter, vel alias generaliter reseruata, & sub  
titulo sancti Laurentij in Lucina, existat, & ad collationem prouisio-  
nem, & quamuis dispositionem filij, tit. sancti Laurentij huiusmodi  
Presbyteri, aut cui collatio prouisio, & omnimoda dispositio Benefi-  
ciorum Ecclesiasticorum, sub dicto titulo existentium reseruata exi-  
stunt. Sigismundi sanctę Marię Nouę, Diaconi Card. dilectorum fi-  
liorum nostrorum, ac pro tempore existentis dicti tituli Presbyteri  
Cardinal. pertineat, & super ea inter Ioannem Baptistam prædictum,  
ac alium siue alios in dicta Curia, vel extra eam lis cuius statum, ac  
nomina, & cognomina iudicũ, & collitigantium, necnon fructus red-  
ditus, & prouentus Ecclesię S. Lucię, & Monasterij prædictorum, &  
quoruncunque illis annexorum, præsentibus habere volumus, pro  
expressis pendeat indecisa cum annexis huiusmodi, ac omnibus iuri-  
bus, & pertinentijs suis eidem Monasterio perpetuò vnimus annecti-  
mus, & incorporamus, ac pro illius Ecclesia concedimus, & assigna-  
mus: ita, quod liceat Abbatißæ, seu Priorißæ, & Monialibus Monaste-  
rij huiusmodi per se, vel alium, seu alios corporalem Ecclesię S. Lu-  
cię, & annexorum, iuriumque, & pertinentiarum, prædictorũ pos-  
sessionem, propria auctoritate liberè apprehendere, & perpetuo reti-  
nere, ipsorumque Ecclesię, & annexorum fructus redditus, & prouē-  
tus in suos, ac dictorum Ecclesię, & Monasterij, & annexorum vsus,

& vtilitatem conuertere cuiusvis licentia, desuper minimè requisita. Ac in eadem Ecclesia, titulum qualitatem, & essentiam Beneficij Ecclesiastici perpetuò supprimimus, & extinguimus, ac Ecclesiæ, & annexorum huiusmodi fructus, redditus, prouentus, ac bona quæcunque eidem Monasterio perpetuo, applicamus, & appropriamus. Et quòd per Capellanū à deputatis dictæ societatis, charitatis ad eorum liberum nutum, quoties voluerit ponendum, & amouendum, eidem Ecclesiæ in diuinis deserviri, ac illius Parochianorum, animarū curam exerceri, ipsiusque deputati pro tempore, si voluerint auctoritate Apostolica curam, huiusmodi à dicta Ecclesia perpetuò amouere, & separare, & vni, vel pluribus Ecclesijs vicinis de illarum Rectorū consensu, perpetuò applicare, & concedere. Et quòd ipsa Ecclesia S. Lucie deceterò in perpetuum S. Lucie, & S. Marię Magdalene, aut non sanctę Lucie, sed sanctę Marię Magdalene inuocari, & nuncupari debeat. Quòdque Confessor Monialium earundem infra septa Monasterij, vel illius Ecclesię huiusmodi habitare, nullatenus possit. Et, quòd gubernatores dicti Monasterij, saltem bis quolibet mense ad Monasterium ipsum accedere, & ex illius Abbatisa, seu Priorissa, & Capellano, ac alijs personis ad hæc opportunis inuestigare occurrentia, & facere sicuti bonos decet pastores, ac sollicitè vigilare ne Monialis aliqua dicti Monasterij de eis, quæ exterius, nec aliqua persona nō Monialis dicti Monasterij, de aliqua Moniali dicti Monasterij, quicquam, nisi de expresso consensu, & licentia dictorum gubernatorum scire possit, nec non quæcunque statuta, & ordinationes licita, & honesta Monasterij. & Eccl. huiusmodi illorū Abbatisa, seu Priorissa, Moniales, Capellanos, Confessores, & personas, ac bona quæcunque quomodolibet cōcernētia, quoties voluerit cōcedere alterare, & mutare, & quascunque pœnas de quibus eis placuerit in contrauenientes apponere. Et quæcunque stabilia bona, cuiuscunque valoris existant ad Monasterium, & Ecclesiam prædicta quomodolibet, nunc, & pro tempore pertinentia pro euidēti vtilitate, aut necessitate Monasterij huiusmodi vendere, & permutare, ac in emphiteosim perpetuam, vel ad tempus locare, & quocunque alio titulo alienare dictæ Sedis, vel cuiusvis alterius licentia desuper minimè requisita, & loco decentis, ex venerabilibus fratribus nostris Theatino, & Casertano Episcopis, quibus curam dicti Monasterij in spiritualibus commissimus alium, ac decedente, etiam reliquo, etiam aliū, & sic duos Prælatos, si fieri possit, ita pro uetate ætatis sicuti ipsi Theatin. & Casertan. Episcopi, & illis in exemplari vita modestia sana doctrina diligenti prudentia, & efficacia sermonis, ac alijs virtutibus, quibus ipsi Episcopi adeo decorati existunt, similes diligenti discussione, maturaque deliberatione eligere; & tunc Rom. Pont. præsentare, & si ipse Ro. Pont. ipsos præsentatos, vel eorum aliquem recusauerit alium, vel alios similiter eligere, & præsentare, & sic successiuè quoties aliquis ex Prælati, huiusmodi defecerit, & tam Prælati quam deputati, & gubernatores prædicti omnia, & singula in præmissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna facere, & exequi. Quòdque Monasterium, & illius

Confessoris  
habitatio.

Gubernatores.

Neguid  
quod de eis  
sciat.

Ius in personis.  
Ius ad alienandi bona

Theatinus

Prælegia  
quarūcūq;  
Monialium,

Visitantib<sup>9</sup>  
& benefa-  
cientib.

Exemptio-  
nes, &c.  
quorūcūq;  
Non ad in-  
star solum,  
sed æquē  
principali.

Légantēs  
quintā par-  
tem bono-  
rum.

Cursallum  
mulierum  
bona.

Ecclesię Abbatisa, seu Priorissa, Moniales, Capellani, Cōfessores, per-  
sonę res, & bona quęcunque, ac ipsam Ecclesiam visitantes, & eidē  
Monasterio beneficiētes, omnibus, & singulis priuilegijs, immunita-  
tibus, indulgentijs, etiam plenarijs peccatorum remissionibus, indol-  
tis, exemptionibus, pręrogatiuis, facultatibus, & gratijs quibus alia,  
quęcunque Monasteria, quaruncunque Monialium ordinum, quo-  
runcunque etiam Mendicantium, & huiusmodi societates charitatis, il-  
liusque Confratres Ecclesia, personę res, & bona quęcunque, ac Ec-  
clesiā societatis, huiusmodi visitantes, & eidem societati benefacien-  
tes, quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudeant, ac vti potiri,  
& gaudere poterunt in futurum, non solum ad instar, sed æqui prin-  
cipaliter vti potiri, & gaudere. Quodque tam cortesanę nuncupatę,  
quām quę palam, & in prostibulis quęstum faciunt, & alias ex quo-  
cunque turpi quęstu viuentes, & quomodolibet etiam in domibus  
proprijs, vel alibi ad instantiam certarum personarum secularium,  
vel Ecclesiasticarum retentę vitam impudicam agētes mulieres, quę  
quartam, vel quintam partem bonorum suorum eidem Monasterio  
reliquerint, vel donauerint, aut perpetuò concesserint testamentum  
condere, & de reliquis earum bonis, prout eis placuerit disponere, li-  
berē, & licitē valeant earunque testamenta, ac dispositionem huius-  
modi plenum consequantur, & consequi debeant, quoad omnia effe-  
ctum, quę verò ex eis quartam, vel quintam partem huiusmodi, eidē  
Monasterio verē, & cum effectu non reliquerint testamenti factio-  
ne pręterquam, quoad earum prolem de legitimo matrimonio habi-  
tam careant, & siue testamentum, siue donationem causa mortis, vel  
inter viuos, aut aliam dispositionem fecerint, siue non, nisi dispo. hu-  
iusmodi in fauorem suę prolis, de legitimo matrimonio procreatę,  
facta fuerit earum bona mobilia, ac alia ædificia per eas, aut ex earum  
bonis, pro tempore constructa immobilia seu mouētia, necnon actio-  
nes, & iura, quęcunque etiam extra Urbem vbilibet existentia: etiam  
si ipsę mulieres recreationis, seu visitandi consanguineos, vel affines,  
aut vitandi malam aerem, siue alia quacunque causa extra dictā Vr-  
bem, nisi animo amplius non redeundi ad eā recesserint, & ibi deces-  
serint, etiam si ipsa bona emphiteotica, & feudalia, etiam Ecclesiasti-  
ca perpetuò, vel ad tempus existant eidem Monasterio perpetuò ap-  
plicata, & appropriata, ac eiusdem Monasterij existere, ipsumq; Mo-  
nasterium ad eadem onera, ad quę ipsę mulieres occasione bonorū  
feudalium, vel emphiteoticorum huiusmodi tenebantur omnino te-  
neri, & si ad certum numerum generationum, aut nominationum,  
eadem bona emphiteotica concessa fuerant Monasterium ipsum nō  
perpetuò, sed per viginti annos pro qualibet generatione, seu nomi-  
natione, huiusmodi bona eadem, absque consensu illorum, Domini  
directi tenere posse, si verò emphiteosis perpetua fuerit illa Monaste-  
rium ipsum in perpetuum tenere valere. Et contingente obitu, ali-  
cuius prædictarum mulierum, omnes, & singulos cuiuscunq; status,  
conditionis, ac Dignitatis Ecclesiasticę, vel mundanę existentes, infra  
decem dies à die obitus, huiusmodi computandos bona mobilia,  
&



& immobilia, ac debita, & nomina debitorum, necnon iura instru-  
 menta, ac scripturas publica, vel priuata hereditatis, huiusmodi habē-  
 tes illa tradere, & scientes reuelare camerario, & vni ex gubernatori-  
 bus dicti Monasterij teneri, & statim post obitum, huiusmodi de tūc  
 repertis facta verò traditione huiusmodi, etiam de traditis bonis, hu-  
 iusmodi duo inuentaria per gubernatores Monasterij, huiusmodi fi-  
 deliter confici, & vnum illorum penes Camerarium, reliquum verò,  
 penes deputatos societatis, huiusmodi conseruare, & si infra mēsem  
 aliquis prætendens in hereditate, huiusmodi ius habere comparue-  
 rit, ipsa bona hereditaria, donec controuersia, huiusmodi termine-  
 tur apud aliquam ædem sacram, aut virū idoneum consignanda post-  
 modum prout iustum, & determinatum fuerit deponi debere, & de-  
 ficientes in traditione, aut reuelatione huiusmodi, necnon quæcunq;  
 qui impedimentum, aliquod directè, vel indirectè, quouis quæsito co-  
 lore præstiterit, seu per quem steterit quominus depositum, huius-  
 modi integrè, & liberè a motis omni dolo, & fraude, fiat omnis iuris,  
 sibi ad ipsa bona, quomodolibet competētes priuatos ipso facto, abs-  
 que aliqua declaratione existere. Necnon gubernatores Monasterij,  
 huiusmodi pro tempore existentes, ex bonis applicatis, huiusmodi fi-  
 lios, & filias, si qui fuerint curialium, & mulierum, huiusmodi ali, &  
 bonis moribus imbui, & masculos aliqua arte, qua honestè viuere  
 possint, erudiri facere fœminas, vero nuptui tradere, vel in aliquo Mo-  
 nasterio Monialium collocare, curamque filiorum, & filiarum huius-  
 modi piè, ac diligenter suscipere, & gerere in quantum vires heredi-  
 tatis, & bonorum matrum suarum suppetant, & non ultra debere. Et  
 quemcunque Curatum, cuiuscunque Parochialis Ecclesiæ dictæ Vr- Notarijs  
 bis, quoties desuper fuerit requisitus præmissa in eius Ecclesia; dum  
 maior inibi populi multitudo, ad diuina conueniunt publicare. Et  
 quemcunque Notarium, ac tabellionem præmissa, postquam de illis  
 notitiam habuerit Curialibus, & mulieribus huiusmodi, ad quarum  
 testamenta, seu donationes, aut dispositiones rogatus fuerit antequā  
 notā, desuper scribere, incipiat notificare, & siue ipsæ mulieres, quar-  
 tam, vel quintam partem, huiusmodi reliquerint, aut concesserint,  
 siue non de illarum testamentis, seu donationibus, vel dispositioni-  
 bus, quibuscunque saltem camerario, & vni ex gubernatoribus di-  
 cti Monasterij plenam, ac distinctam notitiam dare, & facere infra  
 decem dies à die rogatus, huiusmodi computandos omnino teneri,  
 & efficaciter obligatum esse. Et Notarium quæcunque in danda no-  
 titia, huiusmodi deficientem pœnam, mille ducatorum eidem Mona-  
 sterio, eo ipso applicatorum; & si illam soluere recusauerit, seu desu-  
 per cum gubernatoribus Monasterij huiusmodi, non concordauerit,  
 & in recusatione, aut non concordia huiusmodi per octo dies perse-  
 uerauerit pœnā falsi, & perpetuæ inhabilitatis ad Notariatus, & quæ-  
 cunque alia officia impofterum exercenda incurrere, ipso facto, nec  
 sibi pœnas huiusmodi, nisi duntaxat per Confratres dictæ societatis  
 charitatis, aut maiorem partem illorum ex eis, qui in congregatione  
 ordinaria per eos fieri solita, tunc affuerint aliquatenus remitti, aut  
re

Dubia per  
quos decla-  
randa.

Alienatio-  
nes.

Transsump-  
tis.

Irritans de  
ere. Iudici.

Summarie.

Non obsta.

relaxari posse. Denique, quodcunque dubium, quod circa præmissa, vel eorum aliquod, quodocunque quomodolibet emerferit per deputatos, & gubernatores societatis, charitatis, & Monasterij huiusmodi, vel eorum maiorem partem declarari decidi, ac determinari liberè, & licitè posse, ac declarationi huiusmodi, tanquam generali legi à Romano Pontifice æditæ, vbique in omnibus stari debere, nec illi quenquam vllatenus contrauenire posse. Ac venditiones, permutationes, locationes, & alienationes faciendas prædictas, & inde secutura quæcunque, quæ ex nunc, prout postquam facta fuerint, & contra approbamus, & confirmamus, supplemusque omnes & singulos, tam iuris, quam facti defectus in eisdem, ac prædictis literis forsan interuenientes perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obseruari debere. Necnon præsentium literarum transsumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eandem prorsus fidem, vbique adhiberi posse, ac debere, quæ adhiberi posset, atque deberet, eisdem præsentibus literis, si forent exhibitæ, vel ostensæ, ac præsentibus literas postquam in acie campi floræ, & valius Cancellariæ Apostolicæ, ac scalis Palatij capitolij, more solito affixæ, & publicatæ fuerint, etiam Notarios prædictos, & alios, quoscunque quos quomodolibet concernunt, & ad conseruationem omnium, & singulorum, præmissorum arctare in omnibus, & per omnia perinde, ac si eis personali- ter intimatæ fuissent, & sic per quoscunque tã ordinaria quã delegata, & mixta auctoritate fungentes iudices, & personas, vbique iudicari cognosci, ac decidi debere sublata eis, & eorū cuilibet quauis, aliter iudicandi, cognoscendi, ac decidendi facultate. Necnon irritū, & inane, quicquid fecus super his, à quoquã quauis auctoritate sciēter, vel ignorāter, contigerit, attentari decernimus. Et nihilominus dilectis filijs gubernatori, & Vicario dictæ Urbis, ac Generali Auditori causarū Camerae Apostolicæ, nunc, & pro tēpore existētibus, necnon vniuersis, & singulis in dignitate Ecclesiastica constitutis personis per Apostolica scripta motu, simili mandamus; quatenus eorum quilibet per se, vel alium, seu alios, auctoritate nostra faciant præsentibus literas, & in eis contenta, quæcunque plenum effectum sortiri, ac ab omnibus inuiolabiliter obseruari, nec permittant quenquam contra tenorem præsentium modo aliquo molestari, impediri, aut inquietari contradictores quolibet, & rebelles, etiam per quascunque, de quibus eis placuerit censuras, & pœnas, ac alia iuris remedia appellatione, postposita compefendo. Nos enim gubernatori, Vicario, & Auditori prædictis, & eorum cuilibet in præmissis, & eorum quolibet summarie simpliciter & de plano, sine confectione registri, & sine quauis tela iudiciaria, sed manu regia ad requisitionem cuiusvis, ex deputatis gubernatoribus, prædictis iustitiam vnica sententia; etiam per via mandati executiui administrandi, & quod decreuerint executioni debitæ demandandi, perinde, ac si essent tres conformes sententiæ plenam, & liberam licentiam, & facultatem concedimus, sublata cuilibet appellandi, ac de nullitate dicendi, de super qualibet facultate, non obstantibus nostris

de vnionibus, & vnionum confirmationibus, ac de valore beneficiorum in illorum dispensationibus exprimendo, necnon Re. me. Bo. Papæ VIII. similiter prædecessoris nostri ac nouissimi Lateran. consilij, ac alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon statutis, & consuetudinibus, ac fundationibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate, alia roboratis privilegijs, quoque indultis, ac literis Apostolicis prædictis, & alijs S. Ro. Eccl. Cardinali. necnon Collegio Cardinalium huiusmodi. ac Populo Ro. & illius ciuibus, ac in Vrbe, & eius districtu ædificantibus, & alijs quibuscunque personis, Collegijs, Ecclesijs, & Consistorialiter, ac per viam generalis, legis, & statuti perpetui, ac iniuri, & stipulati contractus, ac Moru proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, & cum quibusvis irritatiuis, annullatiuis, cassatiuis, reuocatiuis, modificatiuis, præseruatiuis, exceptiuis, restitutiuis, declaratiuis, mētis, attestatiuis, ac derogatorijs, alijsque efficacioribus efficacissimis, & insolitis clausulis quomodolibet, & pluries concessis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus, etiam, si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorum totis tenoribus specialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales, idem importates mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut exquisita forma seruanda foret, & in eis caueatur expressè, quòd de illis nullatenus derogari possit tenores, huiusmodi præsentibus, pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbo insertis, necnon modos, & formas ad id seruandos pro indiuiduo seruatis habentes, hac vice, duntaxat illis alias in suo robore permansuris harum serie specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, voluntatis, erectionis, institutionis, vnionis, annexionis, incorporationis, assignationis, suppressionis, extinctionis, applicationis, appropriationis, confirmationis, suppletionis, decreti, mandati, concessionis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare, præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Dat. Rom. apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ M. D. XXV. Quinto Idus Augusti, Ponti. nostri anno secundo.

*Privilegia sancti Iacobi in Compostella, nouiter concessa, quæ ad omnes Christi fideles, in uniuerso orbe terrarum extenditur.*

CHRISTI Nomine, & Beati Iacobi inuocato, omnibus Christi fidelibus sit notum; quòd Sanctissimus dominus noster Iulius II. Papa Modernus, per suas literas Apostolicas, ad perpetuam rei memoriam instituit, quandam Confraternitatem in magno Hospitali, quòd in ciuitate Compostella construitur, in qua instituit, quòd

s: Iacobi  
in Compostella  
Confratres.



noctent. Item concedit Confratribus absque alia Salutatione, quod participes, sint sacrificiorum, Missarum, orationum, eleemosynarum, ieiuniorum, & omnium piorum operum, quæ in dicto Hospitali celebrantur, & fient.

Participatio

*Confirmationes Indulgentia, & privilegia Ecclesie Lateranensium.*

**H**ONORIVS Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Priori, Canonis Lateranensium salutem, & Apostolicam benedictionem. Ecclesia nostra, quæ spiritualibus Pontificis Romæ coniungitur, sicut in specie suæ innitur gratis, ita ipsius debere protectionem muniri, ut quæ illius erga te abundare cognoscit propitiationis affectum eius, quoque benignitate præsidij perfruatur. Eapropter dilecti filij in domino vestris supplicationibus annuentes, auctoritate nostra vobis presentium tenore indulgemus, ut si quando contra Ecclesias ad vos pertinent. littere Apostolicæ apparuerint, non facient de verbo ad verbum de vobis, aut nostra Ecclesia aliquam mentionem per eas vos, vel eadem Ecclesie non teneamini respondere. Concedimus autem, ut domos, Ecclesias, Monasteria, Hospitalia, ac etiam oratoria in omni Diocesi, absque cuiuscunque Episcopi, seu Locumtenentis eiusdem in vestris fundis, tantum fundare, constituere, & ædificare possitis, & ibidem pauperum Hospitalium divini Cultus, & alia divina mysteria ad devotionem populi possint commodè celebrari: nulli ergo omnino hominum, liceat hæc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Dat. Laterani, Idibus Nouembris, Pontificatus nostri anno quinto.

Lateranensium

Litteris generalibus respondere non tenentur. Ecclesias & Hospitalia &c. ædificare licet.

*Confirmationes Indulgentia, & privilegia Ecclesie Lateranensium.*

**I**NNOCENTIVS Episcopus, servus servorum Dei: Vniuersis Christi fidelibus, presentes litteras inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem congruam officij nostri prosequimur auctoritatem; si unicuique Apostolica provideat suum honorem, & dignitatem seruemus, & Ecclesias, quæ digniores, & excellentiores habentur in status, & augmenti prærogativa, vigilantibus studio attollamus, & licet omnibus Ecclesijs Apostolica sollicitudine debeantur, multo magis, circa Lateranensem Ecclesiam, quæ primitiva, & caput Ecclesiarum, ac Sedes Apostolica Cathedralis existit, eiusque Monasteriorum, Ecclesiarum, Hospitalium, eidem subiectorum honores, profectò vigilantius, prædecessorum nostrorum privilegia, & indulgentias complere iubemur. Eapropter dilectorum filiorum, Prioris, & Capituli, eiusdem Ecclesie

Lateranensium

sup-

Indulgentia  
addita.

supplicationē inclinati, & exemplar prædecessorum nostrorum, to-  
me. Alexandri II. Anastasij III. Alexandri III. Innocentij III. Hono-  
rij III. Gregorij VIII. Rom. Pontificum indulgentias, immunitates,  
exemptiones à dictis, & alijs antecessoribus nostris Rom. Ponti. ipsi  
Ecclesiæ, & membris eiusdem concessas, præsentī Apostolicæ Sedis  
priuilegio confirmamus. Et insuper de Dei misericordia, & Beatorū  
Petri, & Pauli Apostolorum eius, auctoritate confisi omnibus, qui  
præfatæ Ecclesiæ Hospitalibus, Monasterijs, & Ecclesijs eidem Late-  
raneñ. Ecclesiæ subiectis, eorumque operibus grata impenderint ob-  
sequia, vel impenderint, & manus porrexerint adiutrices decem an-  
nos, & decem quadragenas, de iniuncta eis pœnitentia, in Domino  
relaxamus. Necnon à Domino nostro Salvatore omnium, in cuius  
nomine Ecclesia ipsa Lateraneñ. fuit principaliter constructa, & sub  
vtriusque Beatorū Ioannis vocabulo insignita iuxta præsidij qualita-  
tem, & deuotionis affectum, sic, vt remissioñ. peccatorum, & anima-  
rum ipsorum salutem, aliasque indulgentias misericorditer conse-  
quantur. Dat. Lateraneñ. quintodecimo Cal. Martij, Pontificatus no-  
stri anno primo.

### *Confirmationes Indulgentia, & priuilegia Ec- clesiæ Lateraneñ.*

Lateraneñ.

**B**ONIFACIUS Episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis  
filijs Archipresbytero, & Capitulo Lateraneñ. Ecclesiæ, salutem,  
& Apostolicam benedictionem. Syncera deuotio, & singularis affe-  
ctio, quas ad nostram Ecclesiam Lateraneñ. quæ sub nomine nostri  
Saluatoris dedicata est, & in qua ne propter secundum nonnullorum  
prædecessorum nostrorum, Romanorum Pontificum, declarationē  
vniuersarum vrbis, & orbis Ecclesiarū caput, & domini clauigeri Pe-  
tri, & prædicatorum gentium Pauli, Apostolorum beatorū capita ce-  
lebri cū ueneratione seruantur, & Archipresbyteratū, dū minori fun-  
gebamur officio, & concessione Apostolica tenebamus, meritò gessi-  
mus, atq; gerimus, nō indigno, nos inducunt, vt tam ipsam Ecclesiā,  
quam eius personas priuilegiorum spiritualium, & prærogatiuis in  
his præsertim, quæ diuini Cultus augmentum conspiciunt decora-  
mus, & præcipuarum gratiarum, impendijs prosequamur. Voleñ.  
igitur vos, & Ecclesiam ipsam gratiosis fauoribus, communire ve-  
stris, in hac parte supplicationibus inclinati deuotioni vestræ, ac vo-  
bis filijs Capitulo, singularibus personis, vtriusque sexus, de cætero  
in quibusvis fundis terris, possessionibus, atque locis ad vestram men-  
sam Capitularem, spectantibus Diocesim, qui loci, aut alterius cuius-  
cunque super hoc licentia, minimè requisita, fundare, construere, in-  
staurare, ruere, ædificare toties quoties vobis, ac eis placuerit quæcū-  
que, & quascunque Ecclesias, Monasteria, Oratoria, Prioratus, Dig-  
nitates, personatus, officia, vel alia Beneficia, cum Cura, vel sine Cura,  
Conuentus, Hospitalia, & alia, pia loca, iure tamen Parochialis Eccle-  
siæ,

ædificare,  
&c.

fix, & alterius cuiuscunque, alias in omnibus semper, saluo constitu-  
 tionū. & priuilegijs Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus contra-  
 rijs, quibuscunque obstañ. auctoritate Apostolica de specialis, dono  
 gratiæ, tenore præsentium indulgemus. Ac eadem auctoritate, statui-  
 mus, & ordinamus, quod huiusmodi Ecclesiæ, Monasteria, oratoria,  
 Prioratus, Dignitates, persona, officia, & alia Beneficia cum Cura, &  
 sine Cura, Conuentus, Hospitalia, & alia pia loca, iam dudum funda-  
 ta. constructa, erecta, ædificata, & dotata fuerint, vt præfertur, necnō  
 Ecclesiæ, Monasteria, Oratoria, Prioratus, Dignitates, personatus, of-  
 ficia, etiam Beneficia cum Cura, vel sine Cura, Conuētus, Hospitalia,  
 & alia pia loca, iam dudum fundata, constructa, erecta, ædificata, & do-  
 tata permaneant, & sint, ac esse debeant, & censeātur immediatè, sub  
 nostris subesse dominio protectione, iurisdictione, defensione, aucto-  
 ritate, & potestate, & eorum ius, & dominium merumque, & mixtū  
 imperium, necnon institutio, destitutio, collatio, prouisio, præsentia-  
 tio, & quæuis alia dispositio ad vos solum, & in solidum pertineat im-  
 perpetuum, atque spectet. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc  
 paginam nostræ concessionis, constitutionis, & ordinationis infringere,  
 re, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare, præ-  
 sumperit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, &  
 Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Dat. Romæ apud  
 sanctum Petrum, sexto Calend. Decembris, Pontificatus nostri an-  
 no primo.

Soli. Apost.  
 Sedi subij-  
 ciantur.

*Confirmationes Indulgentiæ, & priuilegia Ec-  
 clesiæ Lateranens.*

**I**NNOCENTIVS Episcopus, seruus seruorum Dei. Dilectis  
 filijs, Capitulo, & Canonicis Lateranens. salutem, & Apostolicam  
 benedictionem vigilantibus, ac super eminenti specula summè, & Apo-  
 stolicæ Sedis; qua cunctis Deo auctore licet immeriti præeminemus,  
 monemur, pariter, & hortamur actus nostros ritè componere, & om-  
 nia pro eorum puritate cum ea cautela, & moderatione distinguere,  
 vt de vultu eius iudicium nostrum prodeat, & oculi nostri videant  
 æquitatem congruam eius in officij nostri prosequimur actionem, si  
 vnicuique Apostolica prouidentia, suum honorem, & dignitatem ser-  
 uemus, vt Ecclesiæ quæ digniores, & sanctiores habentur in sui sta-  
 tus, & augmenti prærogatiua, vigilantibus studio custodire curemus, vt  
 à summo patre familias, reddendo singulis debita commissa, quæ nos  
 dispensatione sempiternæ recipiamus incrementum mercedis, cum  
 igitur iuxta creditum nobis, à domino dispensationis talentum, om-  
 nibus Ecclesijs Apostolica sollicitudine inuigilare, & attendere debea-  
 mus, multo amplius circa Lateranens. Ecclesiam, quæ præcipua, & prin-  
 cipalis orbis Ecclesiarum, omnium mater est, & domina, ac Sedis Apo-  
 stolica Cathedralis existit, eiusque Ecclesiarum subiectarum, eidem  
 commo. tum profecto curam, & vigilantiam adhibere compellimur.

Lateranens.

Propterea, dilecti filij Ecclesiam nostram, & alias Ecclesias, eidem subiectas ad exemplar prædecessorum nostrorum, bon. mem. Alexandri II. Anastasij III. Alexandri III. Innocentij III. Honorij III. & Gregorij VIII. Rom. Pontificum, Apostolica Sedis privilegio communimus, confirmantes omnes indulgentias, concessionem, exemptiones à dictis, & alijs prædecessoribus nostris Rom. Pontificibus, vobis Ecclesie vestre, ac membris eius concessas, statuentes quoque, quascunque Ecclesias, Capellas, possessiones, & bona eadem Ecclesia in præsentiarum, & in futurum concessione Pontificum, largitione regum, vel principum oblatione fidelium, seu alijs iustis modis, Deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, & illibata permanent adijcientes, ad hoc de cætero eorundem prædecessorū nostrorum, vt eadem Ecclesia, tanquam principalis mater, & domina eum omnibus Ecclesijs membris suis, omnino sit libera, & nullis penitus, nisi Rom. Pontifici sit subiecta. sancimus præterea, & auctoritate Apostolica indulgemus, quoties aliqui peregrinorum in Parochia vestra, vel Capellarum eiusdem, sine testamento decedunt eorum bona, sine alicuius contradictione, vel impedimento, nisi hæredem, vel hæredes habuerint ad quos debeant, de iure deuolui dictæ Ecclesie vestre permaneant, nec alicui abscondere, & alienare eorundem bona, aliqua sit facultas. Præcipimus, quoque præsentis decreto, vt nullus in vos, & Ecclesiam vestram, ac Ecclesias sibi subiectas, nec Clericos, vel laicos, eiusdem excommunicationis, suspens. sententiam promulgare præsumat; quod si quis in eos, huiusmodi sententias promulgarit, irritas decernimus, & decernimus, & inanes. Prohibemus etiam, quòd nulli Archiepiscopo, Episcopo regi, vel principi Ecclesie, vel seculari personæ liceat, præfatam sacrosanctam Ecclesiam, eiusque Ecclesias temerè, perturbare, aut eorum possessiones, & iura auferre, & ablata retinere, vel minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare: si qui autem hanc nostræ constitutionis, confirmationis, paginam sciens contra eam temerè, venire, attentauerit, secundo tertioque commo-nitus, nisi præsumptionem suam digna satisfactione, correxerit maioris excommunicationis, sententiam incurrat, ac potestatis, honoris que dignitate careat, reumque se diuino iudicio existere, ex perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore, & sanguine Dei, Redemptoris nostri Iesu Christi, quatenus, & hic fructus bonæ actionis percipiant, & ad districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen. Dat. Lateranens. quinto Cal. Martij, Pont. nostri anno primo.

*Confirmationes Indulgentiæ, & privilegia Ecclesie Lateranens.*

**I**N PRIMIS quidem, ex concessione Apostolica, Syluestri, Gregorij, & Bonifacij bonæ memoriæ, & summæ sanctitatis Pontificū, vt habetur, in quā pluribus libris antiquis, & in stationarijs almæ Urbis Romæ ad Altare maius, quacunque hora diei, indulgentia plenaria. Item in Capella sancti Saluatoris, quæ dicitur Sancta Sanctorū, quocumque

Confirmit.

Additio.

Soli Rom. Pont. subiecta.

Bona peregrinorū sine hærede.

Excommunicari non possint.

Nequis perturbet.

Lateranens.



cumque tempore est indulgentia plenaria, & remissio omnium peccatorum. Item in Capella, quæ dicitur ad Fontes, ubi est Piscina, ubi Baptizatus fuit, Constantinus Imperator, remissio omnium peccatorum. Item in Capella apud Capellam sancti Saluatoris, quæ dicitur Sancta Sanctorum, est scala ubi sunt decem & octo gradus, ubi etiam hodie, in quodam gradu apparet signum genuflexionis Christi, ubi effudit sanguinem proprium cum cecidit Christus, qui quidam gradus prius erant ante domum Pilati, & postmodum inde asportauerunt eos Titus, & Vespasianus Ro & collocauerunt eos, ubi nunc sunt repositi, quicumque hos gradus ascenderit, pro quolibet gradu consequitur, nouem annos indulgentiarum, & totidem quadragenas, toties quoties illos deuotè ascendere fertur, quod debeat in quocunque gradu, vnum Pater noster, & Ave Maria dicere. Item in præfata Ecclesia, est alia Capella, quæ dicitur Crucifixi, sita apud Sacristiã, ubi sunt duo Altaria, in quibus celebrando, aut celebrari faciendo conceditur maxima indulgentia pro animabus Purgatorij, est Capella magnæ, & miræ deuotionis pro animabus Purgatorij. Item in quocunque anni, & diei cuiuslibet sunt eandem Ecclesiam visitantibus, concessi quadraginta & octo anni, indulgentiarum, & totidem quadragenarum, ac remissio tertiæ partis omnium peccatorum. Item Papa Syluester, & Gregorius, ac Bonifacius deuotè visitantibus dictam Ecclesiam dederunt tot indulgentias, quas nemo, nisi solus Deus numerare potest, vnde dixit Bonifacius, si homines scirent indulgentias Ecclesie Lateranens. quot essent non eis opus esset, vt irent ad Sepulchrum Domini, seu ad sanctum locobum. Et idem Bonifacius, si quis ad Sedem nostram Lateranens. causa deuotionis, aut peregrinationis, vel orationis peruenerit absoluitur ab omnibus peccatis suis. Item Innocentius IV. visitantibus istam Ecclesiam, concessit X. annos, & totidem quadragenas indulgentiarum, & iuxta quantitatem subsidij, & deuotionis affectum, suorum remissionem peccatorum, & animarum salutem, & alias plures indulgentias misericorditer concessit. Item, ex concessione Clementis Pap. IIII. anno Iubilei, quicumque istam Ecclesiam per xxx. dies continuos, vel interpositos visitauerit, & si fuerit foræ sit per xv. dies, etiã cõtinuos, vel interpositos ad minus, semel in die plenissimã omnium suorum peccatorum veniam consequitur, per Bullã datam Auinionẽ vj. Idus Aprilis, Ponti. sui anno vij. Item in die sancti Saluatoris, quod festum celebratur sexta Augusti, remissio omnium peccatorum in Ecclesia Lateranens. Item in die Consecrationis præfate Ecclesie, quædam imago Saluatoris, visibiliter populo Romano apparuerit ter, dicens, Pax vobis, &c. Est in eadem Ecclesia, remissio omnium peccatorum, hoc autem festum nona celebratur Nouembris, ac eadem die, & per totam octauam, sunt plures indulgent. dictam Ecclesiam visitantibus. Vnde de indulgentia, huius festiuitatis legitur in quodam libro antiquissimo, & vetustissimo in archiuio prænominate Sacrosanctæ Ecclesie reperto, in quo plura de institutione dictæ Ecclesie, & priuilegijs eius, ac de reliquijs in eadem Ecclesia repositis, & de alijs pluribus libertatibus, & institutionibus eius mirabi-

Indulgentia plenaria.

Indulgentia plenaria, remissio omnium peccatorum.

Maxima Indulgentia pro animabus Purgatorij.

Quocunque die.

Innumera indulgentia.

Absolutio ab omnibus peccatis.

Anno Iubilei. Plenissima venia.

Remissio omnium peccatorum vi. Augusti.

Remissio omnium peccatorum nona Nouembris.

In Dedicacione Ecclesie Laterane. remissio omnium peccatorum.

Indulgentia plenaria. In omnibus fest. D. N. Iesu Christi, indulgentia plenaria. In fest. B. Mariæ, &c. Indulgentia plenaria. Ioã. Bap. & Euang. veneris Quadrages. Apostolorum. Capit ostensio Petri, & Pauli.

Quibus diebus.

Dominica j. xl. Indulgentia plenaria.

biliter, & subtili agitur stylo: quod Rom. Pont. ipsius Salvatoris Iesu Christi Vicarius, qui suavis, & copiosus in misericordiam omnibus, ad se redeuntibus in Dedicacione ipsius sanctæ Laterane. Ecclesie, quæ misericordie est sortita vocabulum de omnipotentis Dei, certa misericordia præservas salubriter, & ordinavit, & omnibus ad huius festivitatis, licentiam convenientibus, maxime fieret remissio peccatorum, de quibus tam Deo Ecclesieque confessis per pœnitentiam fuisse noscuntur, seu quæ, vsque ad octavam diem, cum vera cordis contritione confiterentur, quæ videlicet remissio Apostolica, sit tripartita distinguitur, vt Romanis, & circum adiacentibus mille annorum Tuscis, & Lombardis, duorum milium annorum, sed, & his qui mare transmeare noscuntur, trium milium annorum, maneat remissio peccatorum. Nunc verò reputatur ab omnibus indulgentia plenaria. Item in isto die Dedicacionis Ecclesie sancti Salvatoris, & in omnibus festiuitatibus Domini nostri Iesu Christi, indulgentia plenaria Bullam, aut librum aliquem, de hoc aliquid asserentem, non vidi sola consuetudine redditur. Sic enim populus Romanus credit, & vestigia antiqua huius apparent. In festiuitatibus Virginis sine Macula, & in festiuitatibus vtriusque Ioannis Baptistæ scilicet, & Evangelistæ, in diebus veneris Quadragesimæ indulgentia plenaria. In omnibus festiuitatibus Apostolorum, in quorum nomine Imperator Constantinus ad constructionem, & ædificationem Ecclesie præfate duodecim Cophinos, tunc proprijs humeris apportavit asseritur, etiam indulgentia plenaria, nec mirum si Papa Sylvester ad instans Imperatoris hæc concessit, ex quo proprijs humeris, vt præmissum est terram ad eorundem honorem apportavit. In omnibus diebus, in quibus capita Apostolorum Petri, & Pauli populo, publicè ostenduntur sunt magnæ indulgentiæ, ille videlicet ædem quas consequuntur interfesentes, quando vultus sanctus in Basilica Apostolorum Petri, & Pauli de Urbæ ostenditur. Si autem quæras, quas indulgentias consequuntur Christi fideles, in ostensione vultus sancti in veritate, vt legitur in libro mirabilium Romæ, & nonnullis alijs libris antiquis Roman. duo mille annorum, & qui sunt de partibus circa Romam, sex mille annorum; qui verò sunt ultramarini, vel veniunt à longè per valles, montes, & colles, duodecem mille annorum, consequuntur indulgentiam, & remissionem: qui igitur interfunt ostensioni capitum Apostolorum Petri, & Pauli pari passu, easdem consequuntur indulgentias. Si autem velis scire, quibus diebus prædicta capita demonstrantur ijs regulariter, & ex institutione diebus ostenduntur, videlicet feria tertia, & quinta Hebdomadæ sanctæ, feria secunda post Pascha, in die Apostolorum Petri, & Pauli, Dominica infra octavas Corporis Christi, & in Dedicacione Ecclesie sancti Salvatoris. Alijs autem pluribus diebus ostenduntur, de speciali mandato Domini nostri Papæ. Dominica prima in Quadragesima, statio ad sanctum Ioannem Laterane. eodem die, ibidem, indulgentia plenaria omnium peccatorum, & ultra hoc indulgentia, & remissio decem & octo mille annorum, & aliæ indulgentiæ sine numero. Dominica in Ramis Palmarum, sta-

statio, ibidem, & indulgentia plenaria omnium peccatorum, & ultra viginti, & quinque mille annorum indulgentia, & quadraginta & octo quadragenarum indulgentia. In Coena Domini, statio ibidem, & indulgentia plenaria omnium peccatorum, & duodecim mille annorum, & quadraginta & octo quadragenarum indulgentia. In Sabbatho Sancto, statio ibidem, & indulgentia plenaria omnium peccatorum, & duodecim mille annorum, & quadraginta & octo quadragenarum remissio. Item in die Resurrectionis Dñi in Vesperis, statio ibidem. Item feria secunda post Resurrectionem Domini, statio ibidem, & tunc ostenduntur capita Apostolorum Petri, & Pauli. Item Sabbatho in Albis, statio ibidem, & bis remissio omnium peccatorum, & quindecim mille annorum indulgentiarum, & remissio tertiæ partis omnium peccatorum. Item feria secunda Rogationum, statio ibidem. Item in Vigilia Pentecostes, statio ibidem, & quindecim mille annorum indulgentiarum, ac remissio omnium peccatorum. Item in festo sancti Ioannis Euangelistæ, statio ibidem. Item in omnibus festiuitatibus sanctæ Crucis, statio ibidem.

Domnica  
Palmarum.  
Indulgentia plenaria  
In Coen. D.  
Indulgentia plenaria  
Sab. Sancto  
Indulgentia plenaria  
remissio omnium peccatorum bis  
Sabbat. in  
Albis, &c.

### *Confirmationes, & privilegia Ecclesie Lateranens.*

**N**ICOLAUS Episcopus, seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Priori, & Capitulo Lateranens. Ecclesie, salutem, & Apostolicam benedictionem; meritis nostræ religionis inducimur, vt vos fauoris benigni gratia prosequamur vestris: itaque precibus benignum impatientes assensum, auctoritate vobis presentium indulgemus, vt ad præstationem aliquarum collectarum, procurationum, subventionum, & aliarum exactionum impositarum, vel etiam imponendarum vobis Ecclesijs, & Capellis vestris à Sede Apostolica, seu Legatis, & Nuntijs eiusdem, aut ipsorum auctoritate, & mandato non teneamini per literas ipsius Sedis, aut Legatorum eius absque speciali mandato Sedis ipsius plenam, & expressam faciem. de indulto huiusmodi, & Lateranens. Ecclesie mentionem. Non enim excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententias, si quas occasione prædictorum in vos communiter, vel aliquem vestrum, siue in Ecclesias, & Capellas, easdem promulgare, contigerit decernimus penitus non teneri. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam nostræ concessionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare, præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Dat. Reate Cal. Septembris. Pontificatus nostri anno primo.

Lateranens.

Immunitas

### *Confirmationes, & privilegia Ecclesie Lateranens.*

**S**IXTVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, Cathedram præminentie Pastoralis in alma Vrbe

Lateranens.

Rūdere ge  
ne. literis  
non teneā-  
tur.

Ædificandi  
facultas.

Confirmat.

Benefacto-  
ribus.

primeua Beati Petri Apostoli institutione locatam, & in eadem alio-  
rum diuersorum Roman. Pontificum prædecessorum nostrorū suc-  
cessione, veridica firmatam, meritis licet inæqualibus gubernantes,  
circa statum Ecclesiarum, tam orbis quàm Urbis præfatæ, & præfer-  
tim sacrosanctæ Lateran. Ecclesiæ, quæ alias Ecclesiarum, totius or-  
bis caput, non immerito reputatur nostræ meditationis, considera-  
tionem propensius adhibere nos conuenit, vt ea, quæ ad decorem, &  
exaltationem eiusdem, per ipsos prædecessores concessa fuisse, repe-  
riantur hesitatione careant dubietatis innouare, cōfirmare, & appro-  
bare, ac etiam de nouo concedere, prout in Domino conspiciamus, sa-  
lubriter expediri. Dudum siquidem, se. re. Honorius Papa III. præde-  
cessor noster, piè considerans, quòd Sacrosancta Lateran. Ecclesia cū-  
ctarum Ecclesiarum caput existit: & propterea dignioribus, decebat  
ipsam priuilegijs illustrari Priori, & Canonicis Ecclesiæ Lateran. per  
suas literas inter alia concessit pariter, & indulgit, quod si quæ con-  
tra Ecclesias ad eos pertineñ. aliqua literæ Apostolicæ, deinceps perpe-  
tuis futuris temporibus impetrarentur, siue apparerēt, in quibusque  
Ecclesiæ ipsæ Lateran. Ecclesiæ subiectæ forent, vel ad eos pertinerēt  
mētio facta nō esset ad eas ipsæ Prior, & Canonici, vel Ecclesiæ subie-  
ctæ huiusmodi, aut illarum Rectores respondere minimè teneantur.  
Quodque domos Ecclesias, Monasteria, Hospitalia, & etiam orato-  
ria in quibuscunque Diocesis, absque aliqua licentia, cuiuscunque  
Episcopis, siue Locumten. eiusdem in suis fundis tantū, vel quos pia  
largitione fidelium poterant adipisci fundare, construere, ædificare, &  
in Hospitalibus pauperum recepta, in Ecclesijs, Monasterij, & alijs  
pijs locis, diuinus Cultus haberi, & alia diuina ministeria, ad deuotio-  
nem populi possint celebrari primo. Et deinde piæ me. Innocentius  
Papa III. etiam prædecessor, prædecessorum nostrorum Alexandr.  
II. Anastasij, III. Alexandri III. Innocentij III. Honorij III. Grego-  
rij VIII. Rom. Ponti. prædecessorum nostrorum, tunc suorum vesti-  
gijs, inhærendo omnes indulgētias, immunitates, & exēptiones ante-  
dictas ab alijs prædecessoribus nostris, cum suis igitur Ecclesiæ Late-  
ran. & membris eiusdem concessas, per alias literas suas confirma-  
uit, & insuper omnibus, qui præfatæ Ecclesiæ Lateran. & Monaste-  
rijs, Hospitalibus, & alijs Ecclesijs, eidem Lateran. Ecclesiæ subie-  
ctis, eorumque pauperibus grata impenderēt subsidia, & manus por-  
rigerent adiutrices. x. annos, & decē quadragenas in Domino relaxa-  
uit. Necnō à Domino nostro Saluatore, in cuius nomine Ecclesia La-  
teran. principaliter fuit constructa, & sub vtriusque Beati Ioannis  
vocabulo, insignita iuxta subsidij quantitatem, & deuotionis affectū,  
suorum remissionis peccatorum, & animarum salut. salut. aliasque  
indulgentias iure consequantur: prout in singulis literis prædictis  
plenius continetur, quare pro parte, tam venerabilis fratris nostri  
Iuliani Episcopi Sabineñ. qui, & dictæ Ecclesiæ Lateran. ex concessio-  
ne Apostolica Apostolicarum dispensatione Archipresbyter, & ma-  
ior pœnitentiarius existit, quàm dilectorum filiorum Capituli dictæ  
Ecclesiæ Lateran. nobis fuit humiliter supplicatū, vt literas Hono-  
rij,

rij, & Innocentij, necnon quoruncūque aliorum Roma. Pontificum huiusmodi cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis innouare, & confirmare, ac approbare, & alias ipsorum, & dictæ Ecclesiæ statui, & vniuersitati opportunè prouidere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui literarum Honorij, & Innocentij, ac aliorum prædecessorum prædictorum tenores, & formas perinde, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, pro sufficienter expressis, & specificatis haberi volumus attendentes; quod cum tot Ro. Pont. Prædecessores nostri Lateranens. Ecclesiam prædictam, tot, & tantis priuilegiorum munimentis, dotauerint necessaria, quodammodo imitatione compellimur, vel priuilegia huiusmodi innouare, vel alia similia, aut ampliora, eidem Lateranens. Ecclesiæ, cōcedere huiusmodi supplicationibus inclinati singulas literas prædictas, cum indulgentijs, concessionibus, indultis, exemptionibus, decretis, & declarationibus, ac omnibus, & singulis in eis contentis clausulis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, ex certa nostra scientia innouamus, approbamus, & confirmamus, ac viribus perpetuò subsistere debere, decernimus, & declaramus. Et nihilominus pro maiori dictæ Ecclesiæ Lateranens. fauore, ac potiori præmissorum cautela, ea omnia auctoritate, & tenore, ac scientia prædictis de nouo concedimus, & indulgemus. Et quoniam difficile foret præsentibus literas ad singula, in quibus de eis fides forsitam facienda foret loca deferre auctoritate prædicta decernimus, quòd ipsarum transumpto manu publica, & sigillo alicuius Episcopalis, vel superioris Ecclesiasticæ Curie munito, tanquam si præsentibus originales literæ exhiberentur, plena fides adhibeatur, & stetur, perinde, ac si originales literæ forent ostensæ. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam nostræ innouationis, approbationis, confirmationis, constitutionis, declarationis, concessionis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare, præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Dat. Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo octuagesimo vndecimo. Calend. Iunij, Ponti. nostri anno nono.

Transumpti fides.

### *Confirmationes, & priuilegia Ecclesiæ Lateranens.*

**L**EO Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Et si ex debito Summi Pontificatus, cui auctore Domino præsidemus vniuersis per orbem constitutis Ecclesijs, nos deceat prouisione Apostolica Consulere Lateranens. tamen Ecclesiæ, quæ fama, & deuotione ceteras præcellit, ac plurimis Sanctorum, & Sanctarum reliquijs, necnon diuersarum indulgentiarum muneribus decorata, existit ampliori nos conuenit sollicitudine prouidere, ac ea, quæ pro illius, ac personarum in ea diuinis laudibus debitarum, decore commodo, & utilitate processerunt, vt eo firmitus illibata persistant Apostolico

Lateranens.

munimine roborare. Sané pro parte dilectorum filiorum, Capituli præfatæ Lateranens. Ecclesiæ nobis, nuper exhibita petitio cōtinebat, quòd dudum se. re. Paschalis II. Calixtus II. Honorius II. Innocentius II. Anastasius III. Adrianus III. Gregorius X. Martinus V. Calixtus III. Paulus II. Sixtus IV. Alexander III. Urbanus III. Celestinus III. Honorius. Gregorius VIII. Innocentius IV. Alexander IV. Clemens IV. Gregorius X. Nicolaus IV. Bonifacius VIII. Urbanus V. Innocentius VIII. & plerique alij Rom. Pontifices prædecessores nostri, ac quondam Bonifacius IX. in sua obedientia de qua Vrbs Roma, tunc existerat plures, & diuersas donationes, vniones, declarationes, commissiones, priuilegia, dignitates, præminentias, immunitates, indulta, & bona Ecclesiæ Lateranen. & in illius fauorem concesserunt, ordinarunt, & applicarunt, prout in literis prædecessorum, & Bonifacij prædictorum, desuper respectiue confectis, dicitur plenius contineri. Quare pro parte ipsorum Capituli nobis fuit, humiliter supplicatū, vt donationibus, vnionibus, applicationibus, statutis, confirmationibus, concessionibus, declarationibus, immunitatibus, indulgentijs, priuilegijs, immunitatibus, & indultis per prædictos, & quoscunq; alios Rom. Pontifices, & reges Ecclesiæ, & Capitulo præfatis, quodlibet concessis robur Apostolicæ confirmationis adijcere, ac alias in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui ad Ecclesiarum quarūlibet præsertim, in dicta Vrbe constitutarum, quæ nobis, tanquam proprio iure subiectæ speciali familiaritati adhiberent personarum, in eis diuinis laudibus iustitiam decorem, & vilitatem respiciunt libenter intendimus, & eis quantum cum Deo possumus fauorem Apostolicum, impartimur Capitulum præfatos, & eorum singulos à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis, sententijs, censuris, & pœnis, à iure vel ab homine quauis occasione, vel causa latis: si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium, duntaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, quascunq; donationes, concessiones, vniones, applicationes, & statuta, confirmationes, declarationes, immutationes, indulgentias, immunitates, priuilegia, & indulta per prædictos, & alios quoscunq; Rom. Pontifices, & reges Ecclesiæ, & Capitulo præfatis quomodolibet concessa, & facta, ac desuper confectas literas prædictas, & in eis cōtenta, ac inde secuta, quæcūq; auctoritate Apostolica tenore præsentium, approbamus, & innouamus, ac præsentis scripti patrocinio cōmunimus, & perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiter obseruari debere decernimus. Et nihilominus pro potiori cautela, præmissa omnia eis modo, & forma, quibus per prædictos prædecessores, & reges concessa, & facta fuerūt de nouo auctoritate, & tenore prædictis cōcedimus, donamus, vnimus, applicamus, statuimus, decernimus, declaramus, & indulgemus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Ecclesiæ iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrarijs quibuscunq;. Nulli ergo

Confirmat.

Concessio  
de nouo.

ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre absolutionis, approbationis, inuouationis, communicationis, concessionis, donationis, vnionis, applicationis, statuti, decreti, declarationis, & indulti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare, præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Dat. Romę apud sanctum Petrũ, anno Incarnationis Dominicę, millesimo quingentesimo tertio, decimo septimo Idus Augusti, Pontificatus nostri anno primo.

*Bulla Archihospitalis sancti Iacobi in Augusta.*

**L**EO Episcopus, seruus seruorũ Dei, ad perpetuam rei memoriã. Saluatoris nostri Dñi Iesu Christi, qui nos ad pietatis cultum, & charitatis zelũ in pauperes; ceterasque miserabiles personas, misericorditer exercẽdum quotidianis per totum eius, in hac vita progressum exemplis hortatus est, vices licet immeriti gerentes in terris. Inter curas multiplices, quibus pro negotiorum assiduẽ occurrentium cumulo, & varietate distrahimur, illam libenter amplectimur, per quam pauperum, & aliarum miserabiliũ personarum, quos non solum rerum fatigat egestas, verum etiam incurabilium morborũ calamitas deuorat, & humanis oculis, reddit molestos necessitatibus consulatur, & pijs fideiũ institutis, quę huic nostro desiderio inherere conspiciamus, vt firma perpetua, & inconcusa permaneant nostre approbationis adijcimus firmitatẽ, atq; votiuos sortiantur effectus opem, & operam quantum nobis, ex alto conceditur impendimus efficaces. Ipsosque, & ceteros Christi fideles, ne sanctissimum opus rerum intermittatur penuria, ad conferendum sua illi charitatiua suffragia, indulgentijs, & remissionibus inuitamus, aliasq; desuper prouidemus, prout locorum, & temporum qualitatibus bñ pensatis cognoscimus, in Domino salubriter expedire. Accepimus siquidẽ, quod nuper dilecti filij antiqui, & moderni Confratres Confraternitatis Hospitalis Beatę Marię de Populo, & S. Iacobi in Augusta de Vrbe, piẽ attendentes ab aliquot, citra annis pauperes infirmos, varijs morborum incurabilium generibus infectos, de diuersis mundi partibus, in Vrbe communem fidelium omnium patriam eo, in numero confluisse, vt tum hominum multitudine, tum morborum visui, & odoratiui molestorum, fastidio loca illis in ipsius Urbis Hospitalibus, non sine difficultate paterent. Quo fiebat, vt dicti miseri morbo incurabili laborantes, per Vrbe victum quærentes tota die, etiã paruis curribus, & vehiculis discurrere seque, & alios eis obuios tedio, & impedimento afficere, pluresque ex eis nullo adiuti in eorũ vita regimine, in grauiores morbos incidere, & omnium Christi fidelium, auxilio destituti præmaturam mortem subire cogerẽtur, ac cupientes desuper de aliquo opportuno remedio prouidere, statuerũt, & ordinarunt, quod ex tunc de cætero in perpetuum dictum Hospi-

Sancti Iacobi in Augusta.

rale, infirmorum incurabilium denominaretur, & in eo omnes, & singuli, vtriusque sexus, infirmi, quouis etiam gallico nuncupato, præterquam epidemiæ, & lepræ, morbo infecti ad illud pro tempore cõfugientes, vel alias ducti reciperentur, alerentur, & curarentur, & illis extantibus, nisi ipsius Hospitalis facultates, ad id evidentes suppetent, aliqui infirmi curabiles, ibi recipi non possent cum pro talibus multa, & locupletia essent in Vrbe Hospitalia, & ne ex, huiusmodi noua, & necessaria dictorum, incurabilium infirmorum receptione, aliquod dicto Hospitali, circa celebrationem Anniuersariorum pro animabus defunctorum, ad quæ dicta societas, tunc tenebatur, & pro tempore obligaretur, & aliorum piorum operum, per eosdem antiquos Confratres exerceri, solitorum præiudiciũ inferretur, quòd duorum proborum virorum, de communi consensu dictorum antiquorum, & modernorum Confratrum, & in euentum discordiæ tertij, ad hoc eligendorum arbitrio omnia, & singula bona stabilia, quæ dictum Hospitale, tunc possidebat æstimarentur, & totum id, quòd ex illis proueniebat annuatim, & quòd si terræ ad ipsum Hospitale pertinentes, prout aliæ illis cõtiguæ, locatæ fuissent, prouenisset colligerentur in vnam certam summam, quæ tam ex prædictis, quàm alijs quibusvis per dictum Hospitale, acquirendis bonis annis singulis deducerentur, ex qua dicta pro tempore debita Anniuersaria, imprimis celebrarentur, & quòd inde superesset in maritagium pauperum honestarum puellarum, in festo sancti Iacobi approbandarum conuerteretur, & quòd omnia donanda, relinquenda, & leganda, tam inter viuos quàm ex causa mortis dicto Hospitali, vel societati pro Anniuersarijs, huiusmodi, duntaxat celebrandis dictæ summæ accrescerent: & ad illam, seu illius massam pertineret, necnon, quod regimini, & gubernio dicti Hospitalis custodes, quatuor præessent annuatim mutandi quorum duo essent Romani, & duo essent forenses, adderenturque duodecim Consiliarij, de quorum gremio dicti custodes eligerentur, quorum quidem Consiliariorum sex essent Romani, & sex forenses, & quòd dicti quatuor custodes, & duodecim Consiliarij potestatem haberent omnia faciendi, quæ tota societas facere posset dum modo de alienatione loci dicti Hospitalis, & illius bonorũ immobilium, præsentium, & futurorum, absque ipsius societatis consensu, quouis quæsito colore, se nullatenus intromitterent. Præterea duo syndici eligerentur, vnus Romanus, & alius forensis, qui computa rationes dicti Hospitalis viderent, & alia facerent, quæ ad syndicus officium, iuxta dicti Hospitalis antiqua statuta spectabant. Et similiter duo Notarij practici, in causis forensibus pertransactis vnus Romanus, & alter forensis, qui ea, quæ dicti Hospitalis vilitatem cõcernebant fideliter scriberent, & annotarent, & alia facerent, quæ ad Notariatus officium, iuxta eadem statuta pertinebant. Ac demum quatuor probi viri visitatores, dictorum infirmorum incurabilium nuncupandi deputarentur duo Romani, & duo forenses, qui vna cum dictis duobus syndicis à nobis super hoc facultatem, & auctoritatem habituri omnes, & singulos pauperes infirmos, quocunque morbo

la-



laborantes vagos per Urbem, atque dispersos diligenter perquire-  
 rent, & curabiles ad Hospitalia, in quibus infirmi curabiles, recipi cō-  
 fueuerant incurabiles, verò etiam remittentes ad dictum Hospi-  
 tale sancti Iacobi duci, eosq; in illis respectiuè recipi, & in dicto Hospi-  
 tali sancti Iacobi receptis iuxta Hospitalis facultates, & receptorū  
 qualitatem necessaria administrari facerent, prout in quodam publi-  
 co instrumento, de super confecto dicitur plenius contineri. Nos igitur  
 piū, & laudabile dictorum Confratrum propositum huiusmo-  
 di plurimum, in Domino commendantes, & vt ex eo optati fructus  
 proueniant intimo desiderantes affectu, considerantesque ad Hospi-  
 talitatē huiusmodi, tanto hominū numero, tot morborum generi-  
 bus laboranti congruè, exhibendā magna esse opus impenſa, & prop-  
 terea volentes, eidem Hospitali de Apostolicæ Sedis peculio partem  
 conferre, & alios ad piè aliquid eius intuitu conferendum à quo cun-  
 cta, quæ possident acceperunt spiritualibus donis inuitare Motu pro-  
 prio, non ad dictorum Confratrum, vel aliorum quorumuis, pro eis  
 nobis, super hoc oblata petitionis instantiam, sed de nostra mera li-  
 beralitate, & ex certa sciētia, statuta, & ordinationes huiusmodi, rata  
 habentes, atque grata auctoritate Apostolica, tenore præsentium Hospi-  
 tale prædictum in Archihospitale, caputque omnium Hospitalium  
 pauperum infirmorum incurabiliū, vbilibet constructorum, & cō-  
 struendorum erigimus, & instituimus. illique omnia, & singula con-  
 structa & construenda incurabiliū infirmorum, huiusmodi Hospi-  
 talia immediatè subijcimus, & facimus ab eo dependentia membra,  
 sine tamē eorum præiudicio, ac syndicis, & visitoribus præfatis, qui  
 pro tempore fuerint, quoscunque pauperes infirmos, vtriusq; sexus  
 per Urbem vagantes, si curabili ad sub Imagine Saluatoris, vel Sancti  
 Spiritus in Saxia aliaue in quibus tales recipi solent, si verò incurabi-  
 li morbo laborent ad S. Iacobi Hospitalia huiusmodi, etiam remit-  
 tentes, atque inuitos conduci, eosque in dictis Hospitalibus recipi, &  
 in dicto Archihospitali receptis, iuxta illius facultates, & receptorum  
 qualitates necessaria ministrari faciendi, & alia omnia, & singula ad id  
 quomodolibet oportuna gerendi, & exequendi, etiam per alium, vel  
 alios plenam, & liberam concedimus facultatem. Et dictum Archi-  
 hospitale in omnibus, & singulis suis bonis præsentibus, & futuris,  
 & rebus ad eius manutentionem, & incrementum, ac pauperum in  
 eo pro tempore degentium victum, & sustentationem necessarijs, &  
 opportunis ab omnibus datijs, & gabellis, nunc, & pro tempore im-  
 positis prorsus eximimus, & liberamus. ¶ Et eidem Archihospitali,  
 quod ipsam, & ab eo dependentia membra, quibus id per illius cu-  
 stodes, & Consiliarios pro tempore existentes specialiter cōceditur,  
 duntaxat illorum Ecclesiæ seu Capellæ, infirmi, Confratres, ministri,  
 seruitores, familiares, res, & bona, quæcunque omnibus, & singulis  
 priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, gratijs, fauoribus, & in-  
 dultis spiritualibus, & temporalibus in genere, & in specie, sub Ima-  
 gine Saluatoris, & S. Spiritus prædictis, ac S. Iacobi in Compostella  
 Hospitalibus, eorumque Confraternitatibus, Confratribus, infirmis,

Immunitas

Gratiæ, &  
priuilegia.Exēptiones  
sub Imagi.  
Saluator.  
S. spirit.

mi-

in Sax. S.  
Iac. in Cō-  
po tel Aeq;  
principali-  
ter. Eccle-  
siastica per  
sonæ pos-  
sint legare.

Donantib.  
Indulgētia  
& remissio  
omniū pec-  
catorum.

Notarij  
Teneantur  
notificare.

Pœna nō re-  
uelantib.

Confessoris  
electio.

Absolutio.  
Exceptio.

ministris, seruatoribus, familiaribus, rebus, & bonis Apostolica, aut  
quavis alia auctoritate concessis & pro tempore concedendis, non so-  
lum ad instar, sed æquè principaliter, & absque vlla penitus differen-  
tia perinde, ac si ipsis à principio sigillatim, concessa fuissent vtantur  
potiantur, & gaudeant indulgemus. ¶ Et insuper, quod Clerici, etiã  
Sacris Ordinibus constituti Abbates, Episcopi, Archiepiscopi, Pa-  
triarchæ, & alij Ecclesiarum Prælati, etiam S. Rom. Eccle. Cardinales  
possint de bonis per eos, etiam per Ecclesias, Monasteria, & Beneficia  
Ecclesiastica acquisitis, tam inter viuos, quã ex causa mortis, & in eo-  
rum vltimis voluntatibus, quantuncunque eis placuerit dicto Archi-  
hospitali donare, & legare, vel etiam illud in omnibus eorum bonis  
huiusmodi, seu eorum parte vniuersalem hæredem instituere. Et  
quot quilibet Christi fidelis, vtriusque sexus, in Vrbe pro tempore  
residens, qui in eius testamento, vel alia vltima voluntate de bo-  
nis suis aliquod, non tñ infra quinque ducatorum auri valorem, eidẽ  
Archihospitali donauerit, seu legauerit plenariam omnium peccato-  
rũ suorũ, de quibus corde contritus, & ore confessus fuerit indulgẽ-  
tiam, & remissionem consequantur. ¶ Teneanturque Notarij, &  
Scribæ de donationibus, vel legatis dicto Archihospitali pro tempore  
faciendis, ac testamentis, codicillis, vel alijs vltimis voluntatibus Ar-  
chihospitalis, & illius pauperum, huiusmodi vtilitatem, quodlibet cõ-  
cernentibus pro tẽpore rogati infra mensem post diẽ rogatus, si dis-  
positio fuerit inter viuos, & si ex causa mortis post diẽ obitus donan-  
tis, legantis, vel testantis, aut alias, vt præmittitur disponentis im-  
mediatè sequentẽ legata, donata, aut alias dispositiones, huiusmodi ali-  
cui, ex eiusdem Archihospitalis, custodibus, & Consiliarijs pro tẽpore  
existentibus fideliter nunciare, alioquin dicto mense elapso excõmu-  
nicationis, latæ sententiæ à qua non, nisi de custodum, & Consiliario-  
rum huiusmodi pro tempore existentium consensu, præterquam in  
mortis articulo constitutus absolui nequeat, & ab officio, & exercitio  
Notariatus, vbilibet ad annum suspensionis pœnam incurrat eo ip-  
so, quod si suspẽsione huiusmodi durante in dicto exercitio, quodli-  
bet se ingesserit falsum committat actus, tam de quibus inter suspen-  
sionem eandem ignorantes rogabitur detrimentum aliquod propte-  
rea non sustineant. ¶ Liceatque singulis dicti Archihospitalis Confra-  
tribus, præsentibus, & futuris, aliquem Presbyterum Sæcularem, vel  
cuiusvis ordinis Regularem in suum eligere Confessorem, qui vita  
eis commite eorum confessionibus diligenter auditis, ab omnibus, &  
singulis eorum peccatis, excessibus, criminibus, & delictis quantuncũ-  
que grauib, & enormibus; etiam si talia fuerint, propter quod Se-  
des Apostolica, sit merito consulenda videlicet in eadem Sedi reserua-  
tis. Offensæ Ecclesiasticæ libertatis, criminum hæresis, rebellionis, aut  
conspirationis in personam, vel statum Romani Ponti. seu Sedis præ-  
dictis falsitatis litterarum, supplicationum, & commissionum Apосто-  
licarum inuasionis, deprædationis, vel occupationis, aut deuastatio-  
nis terrarum, & maris. eidem Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel imme-  
diatè, subditorum offensæ personalis in Episcopum, vel alium Præ-  
la-

latum prohibitionis, deuolutionis causarum ad Roma. Cur. delatio-  
 nis armorum, & aliorum prohibitorum ad partes infidelium, duntaxat  
 exceptis semel in vita in alijs vero, quoties fuerit opportunum pro  
 commissis debitam eis absolutionem impendat, & iniungat poenite-  
 tiam salutarem. ¶ Necnon vota, quaecunque ultra marino, liminum  
 Apostolorum Petri, & Pauli de Vrbe, ac eiusdem S. Iacobi in Com-  
 postella, & S. Mariæ de Loreto religionisq; & castitatis votis, duntaxat  
 exceptis in alia pietatis opera commutare. Idemque, vel alius Confes-  
 sor omnium peccatorum, de quibus corde contriti, atque ore confessi  
 fuerint semel in vita, & in mortis articulo, quoties ille occurrisse vi-  
 debitur, etiam si mors, tunc non sequatur. ¶ Illis autem ex eiusdem Ar-  
 chi-hospitalis Confratribus pro tempore existentibus, qui dicto Ar-  
 chi-hospitali decem ducatos auri, vel eorum valorem in pecunia, vel  
 alijs rebus, propter hoc specialiter donauerint, semel singulis annis  
 plenariam remissionem ipsis in sinceritate fidei unitate, dictæ Roma-  
 næ Ecclesiæ, ac obedientia, & reuerentia nostra, & successorum nostro-  
 rum Roma. Pontificum canonicè intrantium persistentibus, eadem  
 Apostolica auctoritate concedere possint. ¶ Et quod iidem Confra-  
 tres, qui quadragesimalibus, & alijs totius anni temporibus, quibus  
 nonnullæ in dicta Vrbe, & extra illius muros consistentes Ecclesiæ  
 pro stationibus consequendis visitari solent Ecclesiam dicti Archihof-  
 pitalis deuotè visitauerint, & manus in dicti Archihospitalis subsidiū,  
 quantumuis modicè porrexerint, adiutrices easdem indulgentias, &  
 peccatorum remissiones consequantur, quas consequerentur, si di-  
 ctas stationarias Ecclesias personaliter visitarent auctoritate Apосто-  
 lica, & tenore præmissis, statuimus, & ordinamus. Præterea, ut Archi-  
 hospitale, & illius Ecclesia congruis frequentetur honoribus, & infir-  
 mi in eodem Archihospitali pro tempore recepti charitatiuis fidelium  
 visitatione, & consolatione recreentur, fidelesque ipsi ad hoc eo libe-  
 rius se conferant, & erga dictum Archihospitale, & illius pauperes in-  
 firmos, largius suæ liberalitatis dona diffundant, quo exinde pro tem-  
 poralibus bonis, quæ erogauerint æternæ vitæ præmia, se nouerint  
 adipisci de omnipotentis Dei misericordia, ac eorundem Petri, &  
 Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus, & singulis vtrius-  
 que sexus, Christi fidelibus, qui Archihospitale, seu illius Ecclesiæ præ-  
 dictam diebus Sabbathis, tertiæ partis iniunctarum eis poenitentia-  
 rum. ¶ Et qui in eiusdem sancti Iacobi, & Conceptionis gloriosissi-  
 mæ Dei genetricis Mariæ festiuitatibus, & earum qualibet à primis  
 Vesperis, vsque ad occasum Solis, singularum festiuitatum, earundem  
 annuatim deuotè visitauerint, & pro dictorum Archihospitalis, & il-  
 lius pauperum subsidio alimonia, & sustentatione, prout sua, cuique  
 conscientia dictauerit manus porrexerint adiutrices, quoties id fece-  
 rint, toties plenariam omnium peccatorum suorum, de quibus cor-  
 de contriti, & quæ ore confessi fuerint indulgentiam, & remissionem  
 in domino elargimur. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordina-  
 tionibus Apostolicis, ac fundatione dicti Archihospitalis, etiam si lai-  
 corum sit, ac alijs statutis, & consuetudinibus Archihospitalis, & Cō-

Vota  
Exceptio.

Confratri-  
bu. x duca-  
tos donantibus.

Indulgentia  
plenaria, &  
remissio sin-  
gulis annis.

Stationes.

Sabbatis.

In sancti Iacobi, & Cō-  
ceptionis  
Beate Ma-  
riæ festi. in-  
dulgentia  
plenaria.

Non obsta.

Satisfactio.

Nequis ea  
fiducia pec  
cet.

fraternitatis, eiusdem iuramento confirmatione Apostolica, vel qua-  
uis firmitate alia roboratis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Vo-  
luntus autem, quòd confessor quem quilibet dictorum Confratrum,  
duxerit eligendum de his, de quibus fuerit alteri satisfactio impendē-  
da, eam sibi per se si superuixerit, vel alios si fortè transierit faciendā  
iniungat quam ipsi, vel illi facere omnino teneantur. Et ne, quod ab  
sit, propter huiusmodi facultatem eligendi Confessorem reddatur,  
quisquam proclinior ad illicita imposterum committenda, quòd illis  
ex eisdem Confratribus, qui à sinceritate fidei vnitæ dictæ Roma-  
næ Ecclesiæ, aut obedientia, & deuotione nostra, vel successorum præ-  
dictorum destiterint, aut ex confidentia concessionis, vel remissionis  
huiusmodi aliqua forsā commiserint concessio, & remissio prædictæ,  
ac quo ad illas præsentis litteræ nullatenus suffragentur. Nulli ergo  
omnino hominum, liceat hanc paginam nostræ erectionis, institutio-  
nis, subiectionis facti concessionis, exemptionis, & liberationis, indul-  
ti, elargitionis, & voluntatis infringere, vel ei autu temerario con-  
traire. Si quis autem hoc attentare, præsumpserit indignationē om-  
nipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se no-  
uerit incursum. Dat. Romę apud sanctum Petrum, anno Incarna-  
tionis Dominicæ, millesimo quingentesimo quintodecimo, quarto-  
decimo Cal. August. Ponti. nostri anno tertio.

### *Bulla Archihospitalis sancti Iacobi in Augusta.*

Sancti Iaco-  
bi in Augu-  
sta.

**L**EO Episcopus, seruus seruorū Dei, ad perpetuam rei memoriā.  
Ex supernæ dispositionis arbitrio vniuersalis Ecclesiæ regimi-  
ni, gregique Dominico præsidentes inter varias curasque multipli-  
ces, & sollicitudines, quæ ex ministerio pastoralis officij nobis incum-  
bunt, illam totis affectibus, & desiderijs libenter amplectimur, per  
quam Christi pauperibus, & egenis miserabilibusque personis, in  
quibus Redemptor noster, summi Patris vnigenitus Iesus Christus,  
se præsentare dignatus est inopiæ, & indigentia subuenitur, & vt sin-  
gula pia loca, præsertim Hospitale sancti Iacobi in Augusta de Vrbe  
nuper, per nos in Archihospitale erectum, & institutum à quibusvis  
iniurijs, molestijs, & violentijs, ac peruersorum conatibus conseruē-  
tur, & iuxta cordis nostri affectionem, feliciter gubernentur partes  
nostras, quantum ex alto permittitur impendimus efficaces. Dudum  
siquidem, ex certis prænecessarijs causis Motu proprio, & ex certa  
scientia Hospitale sancti Iacobi de Augusta de Vrbe, in Archihospita-  
le, & caput omnium Hospitalium, pauperum infirmorum incurabi-  
lium vbilibet constructorum, & construendorum ereximus, & insti-  
tuimus, & illi omnia, & singula constructa incurabilium infirmorum,  
huiusmodi Hospitalia immediatè, sine tamen illorum præiudicio ef-  
fecimus, & eidem Archihospitali, & illius membris, eorumque Con-  
fratribus, tunc pro tempore existentibus, & in ipsis degentibus perso-  
nis, eorumque singulis nonnullas indulgentias, & peccatorū remissio-  
nes

nes elargiti sumus, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur. Cum autem, sicut ex eorundem Confratrum Archihospitalis, huiusmodi conuentione perceperimus: quod nonnulli Archiepiscopi, Episcopi, alijque Ecclesiarum Prælati, & Clerici, ac Ecclesiasticæ personæ, tam Religiosæ, quàm Sæculares, necnō Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Milites, & laici communia Ciuitatum, Vniuersitatum, opidorum, castrorum, villarum, & aliorum locorum, ac aliæ singulares personæ, nonnullarum Ciuitatum, Diocesis & partium diuersarum, occuparunt, & occupari fecerunt, castra villas, & alia loca, terras, domos, possessiones, iura iurisdictiones, necnon fructus, redditus, & proventus, Beneficiorum Ecclesiasticorum cum Cura, & sine Cura Sæcularium, & quorumuis Ordinum Regularium ad Archihospitale, ac membra, huiusmodi illorum seruitores, & alias seculares, & quorumuis, etiam Mendicantium Ordinum Regulares personas in illis pro tempore degentes spectantia, & pertinentia, & ea detinent occupata, seu ea detinentibus præstant auxilium, & consilium, & fauorem: nonnulli etiam Ciuitatum, & Diocesis, ac partium prædictarum, qui nomen Domini in vanum recipere, non formidant eisdem Archihospitali membris seruatoribus, & alijs personis, huiusmodi super prædictis, castris, villis, & locis, alijsque terris, & domibus, possessionibus, iuribus, iurisdictionibus, fructibus, redditibus, censibus, & prouentibus eorundem, ac bonis mobilibus, & immobilibus, spiritualibus, & temporalibus, alijsque rebus ad Archihospitale membra, seruitores, & alias personas in Archihospitali, & membris degentes huiusmodi pro tempore spectantibus multiplices molestias, & iniurias inferunt iacturas. ¶ Quare Confratres prædicti nobis supplicarunt, vt cum eisdem, ac dictorum membrorum præsentium, & futurorum Confratribus, sindicis, custodibus, seruatoribus, & personis, valde reddatur difficile pro singulis quærelis, ad Sedem Apostolicam habere recursum providere eis, super hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur aduersus occupatores, detentores, præsumptores, molestatores, & iniuriatores, huiusmodi illo volentes, eisdem Archihospitali membris, & personis in eis degentibus, ac seruatoribus remedio subuenire, per quod ipsorum compescatur temeritas, & alijs aditus similia committendi præcludatur Confratres, syndicos, custodes, seruitores, ac personas huiusmodi, & eorum singulas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris & penis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis: si quibus quomodo dolibet innodati existunt ad effectum præsentium, duntaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati Archihospitale membra, & in eis degentes personas durante seruitio, & actu in Archihospitali, & membris prædictis, deseruientes, seruitores, huiusmodi præsentis, & futuros, ac eorum singulos, ipsorumque, & cuiuslibet eorum Beneficia Ecclesiastica etiam si Canonatus, & Præbendæ, Dignitates, personatus, administrationes, vel officia in Cathedralibus, etiam Metropolitanâ, aut Collegiatis, & Dignitates ipsæ in

Conseruat

In occupat  
res, &c.

Exemplis

Beneficia

Ca.

A iurisd-  
ctione, &c.

Exemptio-  
nis declara-  
tio.

Confratri-  
bus.

Facultas  
permutan-  
di, &c.

Alas cōdi-  
tionem.

Vendendi.  
Prelatis, vt  
proteant.

Cathedralibus, etiam Metropolitanis. post Pontificales maiores, au-  
Collegiatis Ecclesijs, huiusmodi principalis fuerint per eosdem serui-  
tores, & personas in titulum, vel commendam, aut alias nunc, & pro  
tempore obtenta, ac res, & bona quæcunque mobilia, & immobili-  
præsentia, & futura ab omni iure quaruncunque Parochialium, Eccle-  
clesiarum infra quarum limites existunt, seu quarum Parochiani pro  
tempore extiterint iurisdictione, dominio, potestate, visitatione, &  
correctione Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, & alio-  
rum Ordinariorum, eorumque Officialium, Vicariorum, Commissa-  
riorum, & aliorum quoruncunque, etiam Apostolicorum Iudicum  
& delegatorum, tam Ecclesiasticorum, quam Sæcularium, etiam mix-  
tim Ordinarij, & delegati, & alias qualitercunque qualificati fuerin-  
eximimus, & totaliter liberamus, ac sub Beati Petri patrocinio, au-  
nostra, & Sedis Apostolicæ protectione suscipimus, ac nobis, & Ro-  
manis Pontifici pro tempore existenti, immediatè subijcimus. Ita que  
Patriarche, Archiepiscopi, Episcopi, Ordinarij, Officiales, Vicarij, Com-  
missarij, Rectores, & iudices præfati, præsentis, & futuri nullam iur-  
isdictionem, superioritatem, auctoritatem, dominium, potestatem  
visitationem, aut correctionem in Archihospitali membra, & per-  
sonas, ac huiusmodi seruitio, durante seruitores, eorumque Beneficia-  
res, & bona huiusmodi præsentia, & futura, vt pote prorsus exemp-  
tos, & exempta, etiam ratione cuiuscunque delicti, aut contractus, seu  
rei de qua ageretur, vbicunque committatur delictum iniatur con-  
tractus, aut res ipsa consistat exercere, seu excommunicationis, sus-  
pensionis, interdicti, seu alias sententias, censuras, & poenas Ecclesia-  
sticas, promulgare nequeant. ¶ Ac Confratribus Archihospitalis, &  
membrorum huiusmodi eorundem Archihospitalis, & membrorum  
bona mobilia, & immobilia præsentia, & futura, pro quibuscunque  
alijs mobilibus, & immobilibus bonis, quoruncunque valorum exi-  
stunt, cum quibuscunque personis, tam Ecclesiasticis quam Sæculari-  
bus, cuiuscunque qualitatis, præeminentiæ, existentibus, ac Ecclesijs,  
etiam Cathedralibus, Metropolitanis, Parochialibus, Hospitalibus, vel  
alijs quibusvis pijs locis permutare, seu bona Archihospitalis, & mē-  
brorum huiusmodi cum prædictis, & quibusvis alijs personis, etiam  
Ecclesiasticis, vel Sæcularibus, ac Ecclesijs, & locis prædictis, cum qui-  
bus Archihospitalis, & membrorum, huiusmodi effonditionem effi-  
cere potuerint meliorem in emphiteosim perpetuam, & sub anno can-  
none, siue censu, seu ad tempus, vel alias toties quoties opus fuerit  
concedendi, & vendendi, & eorum pretia in fabricis, & sustentatione  
pauperum Archihospitalis, & membrorum huiusmodi conuertendi,  
tam liberam licentiam, & facultatem concedimus. ¶ Quocirca vene-  
rabilibus fratribus nostris, vniuersis, & singulis Archiepiscopis, Epif-  
copis, ac dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, & alijs personis in digni-  
tate Ecclesiastica constitutis, ac Cathedralium, & Metropolitanarum Eccle-  
siarum, Canonicis, necnon eorundem Archiepiscoporum, Episcopo-  
rum, Officialibus, seu Vicarijs in spiritualibus Generalibus, vbilibet  
constitutis per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo,  
aut

aut eorum aliquis per se, vel alium, seu alios, etiam si sint extra loca  
 in quibus deputati fuerint conseruatores, & iudices Archihospitali  
 membris, ac in illis degentibus personis, & huiusmodi durante serui-  
 tio seruatoribus, & eorum cuilibet, ac Confratribus, syndicis, & custo-  
 dibus præfatis in præmissis efficacia defensionis præsidio assistentes,  
 ipsosque, & eorum singulos, etiam contra quoscunque bonorū suo-  
 rum spiritualium, & temporalium ad Archihospitale, & membra, ac  
 in illis degentes, & seruitores huiusmodi, illorumque beneficia præ-  
 dicta per eos, nunc, & pro tempore obtenta, tam ratione personarum  
 suarum, quam alias legitimè spectantium, & pertinentium occupa-  
 tores, & detentores, ac super eis iniurias inferentes, & iacturas perpe-  
 tuo defendentes faciant auctoritate nostra Archihospitale membra,  
 & personas, ac huiusmodi durante seruitio seruitores exemptione, ac  
 liberatione, & Confratres, syndicos, & eustodes, licentia, & facultate  
 huiusmodi, ac alijs præmissis pacificè frui, & gaudere non permitten-  
 tes eos, vel eorum aliquem per Patriarchas, Archiepiscopos, Episco-  
 pos, Ordinarios, illorumque Officiales, Vicarios, Rectores, Commis-  
 sarios, ac etiam iudices Ecclesiasticos, & Sæculares, ac alios supradi-  
 ctos, etiam, vt præfertur qualificados per communia Ciuitatum, Vni-  
 uersitatum, oppidorum, & aliorum locorum, ac quascunq; alias per-  
 sonas huiusmodi indebitè molestari, vel eis super eisdem bonis gra-  
 uamina, seu damna, aut iniurias irrogari facturi, ipsis Archihospitali  
 membris, ac personis, & seruatoribus cum ab eis, vel procuratoribus  
 suis, vel eorum aliquo fuerint requisiti de prædictis, & alijs personis  
 quibuslibet, super restitutione huiusmodi castrorum, Villarum, ter-  
 rarum, & aliorum locorum, iurisdictionum, iurium, & bonorū mo-  
 bilium, & immobilium, reddituumque, & prouentuum, & aliorum  
 quoruncunque bonorum, necnon de quibusdam molestijs, iniurijs,  
 ac damnis præsentibus, & futuris in illis videlicet, quæ iudicalem re-  
 quirunt indaginem summarie simpliciter, & de plano sine strepitu,  
 & figura iudicij in alijs verò, prout qualitas negotiorum exegerit iu-  
 stitiæ complementum occupatores, seu detentores, præsumptores,  
 molestatores, & iniuriatores huiusmodi, necnon contradictores quos-  
 libet, & rebelles, cuiuscunque dignitatis, status gradus, ordinis, vel cō-  
 ditionis extiterint quandocunque, & quotiescunque expedierit au-  
 thoritate nostra per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita  
 compescendo inuocato ad hoc, si opus fuerit auxilio brachij sæcula-  
 ris. Et nihilominus legitimis, super his habendis seruatis processibus  
 contra illos, quos censuras, & pœnas huiusmodi per eos, pro tempo-  
 re latas incurrisse constiterit illas, toties quoties opus fuerit iteratis  
 vicibus aggrauare procurent. Non obstantibus felicis recordationis  
 Bonifacij Papæ VIII. qua cauetur ne quis extra suam Ciuitatem, vel  
 Diocesim ad iudicium euocetur, nisi in certis exceptis casibus, & in  
 illis ultra vnā dietam à fine suæ Diocesis, seu ne iudices, & conserua-  
 tores à Sede deputati prædicta extra Ciuitatem, & Diocesim, in quibus  
 deputati fuerint contra quoscunque procedere, aut alij, vel alijs vi-  
 ces suas committere, aut aliquos ultra vnā dietam à fine Diocesis,

Ecclesia iu-  
 dices & secu-  
 lares inhibe-  
 tur.

Alias quib-  
 busuis.

Occupato-  
 res.

Nō obsta-  
 t.

Ad 4. die-  
tas.

De noto-  
rijs.

Derogatio  
validissima

eorundem trahere presumant, & de duabus dietis in Concilio Gene-  
rali edita dummodo, ultra quatuor dietas a fine suae Diocese. vigore  
presentium non trahatur, seu quod de alijs quam de manifestis iniu-  
rijs, & violentijs, & alijs, quae iudicalem requirunt, indaginem pœ-  
nis in eos si quas egerint, & in id procurantes adiectis conservatores  
se nullatenus intromittant. Et Innocentij IV. contra exemptos (vo-  
lentes) ac Pauli II. Ro. Pontificum praedecessorum nostrorum ambi-  
tio sae cupiditatis incipientibus; quod alijs quibuscunque a praedictis,  
& quibusvis alijs Roman. Pontificibus praedecessoribus nostris, tam  
a iudicibus delegatis, & conservatoribus quam personis, ultra certum  
numerum ad iudicium non vacandis, & alijs edictis, constitutionibus,  
& ordinationibus, quae eorundem conservatorum per praesentes de-  
putatorum possent, in hac parte iurisdictioni, aut potestati, eiusque li-  
bero exercitio quomodolibet obviare. Quodque dicti Vicarij, seu  
Officiales, ac Canonici praefati per praesentes deputati, non sint de per-  
sonis, quae in conservatores deputari possunt. Privilegijs quoque in-  
dultis, & literis Apostolicis, etiam consimilibus, conservatorum, de-  
putationibus, ac alijs conservatorijs, quibusvis personis, Ecclesijs,  
mensis, Hospitalibus, seu alijs pijs locis, sub quibusvis verborum for-  
mis, & clausulis, etiam derogatorijs, & alijs quantum-  
cunque fortissimis, & insolitis clausulis per nos, & praedecessores, ac  
successores nostros Roman. Pontifices, & Sedem eandem haecenus  
concessis, & imposterum concedendis quibus omnibus, etiam si pro  
illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus,  
specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non  
autem per clausulas generales id importantes metio, seu quavis alia  
expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma esset, & illis nullate-  
nus, aut non, nisi de Apostolica potestatis plenitudine derogari pos-  
sit illorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum praesentibus  
insererentur praesentibus pro sufficienter expressis, & insertis haben-  
tes illis alias in suo robore permanens hac vice, duntaxat speciali-  
ter, & expresse derogamus contrarijs quibuscunque, aut si Patriar-  
chis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Ordinarijs, eorumque Officia-  
libus, & Vicarijs, Canonis, ac occupatoribus, detentoribus, & iniuria-  
toribus praefatis, vel quibusvis alijs communiter, vel divisim ab eadem  
Sede indultum, quod interdicti suspendi, vel excommunicari, aut  
extra, vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint per literas  
Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad ver-  
bum, de indultis huiusmodi, & eorum personis, locis, ordinibus, mi-  
litijs, & nominibus proprijs mentionem, & qualibet alia dictae Sedis  
indulgentia generali, vel speciali, cuiuscunque tenoris existat per qua  
praesentibus non expressam, vel totaliter non insertam dictorum Ar-  
chiepiscoporum, & aliorum conservatorum, per praesentes deputa-  
torum iurisdictionis explicatio, in hac parte valeat, quomodolibet  
impediri, & de qua cuiusque toto tenore de verbo ad verbum habenda,  
sit in nostris literis mentio specialis. ¶ Ceterum volumus, ac au-  
toritate, & tenore praedictis decernimus, quod quilibet conserva-  
to;



torum per præsentes deputatorum, prosequi valeat articulum, etiã per alium inchoatum, quamuis idem inchoans, nullo fuerit impedimento canonico præpeditus. Quòdque à dat. præsentium, sit eisdem conseruatoribus per præsentes deputatis, & eorum cuilibet in præmissis omnibus, & eorum singulis ceptis, & non ceptis, præsentibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac si prædicta omnia, & singula, coram eis cepta fuissent iurisdictione eorum, & cuiuslibet eorum in prædictis omnibus, & eorum singulis per citationem, vel modum alium perpetuata legitimè extitisset, constitutione prædicta super conseruatoribus, & alia qualibet in genere ædita non obstante. ¶ Et quia difficile foret præsentes literas ad singula loca, in quibus expediẽs foret deferre etiam volumus, & eisdem auctoritate, & tenore decernimus, quòd ipsarum transumptis manu alicuius Notarij subscriptis, & sigillo alicuius Prælati, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, aut Curie Ecclesiasticæ munitis in iudicio, & alibi, vbi opus fuerit eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ absolutionis, exemptionis, liberationis, susceptionis, subiectionis, concessionis, derogationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare, præsumperit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Dat. Romæ apud sanctum Petrũ, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sextodecimo, quarto decimo Cal. Iunij, Pontificatus nostri anno quarto. Al. de Villareal.

Per aliũ in  
cepta pos-  
sit alius pro  
sequi.

Transump-  
ti fides.

### *Bulla Archihospitalis.*

**L**E O Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memo-  
riam illius, qui in altis habitat, & humilia respicit, licet impari-  
bus meritis vices gerentes in terris circa Hospitalium, & aliorũ pio-  
rum locorum, quorumlibet statum salubriter dirigendũ paternis, &  
solicitis studijs intendentes, ea libenter concedimus, per quæ Hospi-  
taliũ prædictorum, pauperumque, ac miserabilium personarum  
ad illa pro tempore confluentium, & in illis deseruentium indemnita-  
tibus consulatur, & opportunitatibus subueniatur, & quæ propte-  
rea per Sedem Apostolicam, & illius auctoritate sunt concessa, qui-  
busvis obstaculis sublatis firma, & inconcussa permaneant, ipsaque  
Hospitalia prosperis, auctore Domino iugiter proficiant incremen-  
tis, ac etiam Christi fideles, ad opportuna suffragia exhibendum indul-  
gentijs, & remissionibus inuitamus, vt per tẽporalia bona, quæ ero-  
gauerint consequi mereantur, præmia salutis eternæ. Dudum siqui-  
dem certis, tunc eminentibus, & valde pernecessarijs causis Motu pro-  
prio, & ex certa scientia, Hospitale sancti Iacobi in Augusta de Vrbe,  
in Archihospitale, & caput omnium Hospitalium pauperũ infirmo-  
rum incurabilium, vbilibet constructorum, & construendorum ere-

Sancti Iacobi  
in Augusta

An suspēda  
tur gratia,  
& indulgē.

Absolutio:

Nota:  
Indulgen-  
tiæ, &c. nō  
suspēdūtur.

ximus fecimus, & instituimus: illique omnia, & singula constructa, & construenda incurabilium infirmorum, huiusmodi Hospitalia immediate subiecimus, ac fecimus ab eo dependentia membra, sine tamen eorum præiudicio. Syndicisque, & visitoribus ipsius Archihospitaliorum quoscūque in firmos, vtriusque sexus, per Urbem vagantes si curabili ad sub imagine Saluatoris, vel Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe aliaue, in quibus tales recipi solent: si verò incurabili morbo laborarent, ad sancti Iacobi Hospitalia huiusmodi, etiam renitentes, atque inuitos conduci, eosque in dictis Hospitalibus recipi, & in dicto Archihospitali receptis, iuxta illius facultates, & receptorum qualitates necessaria ministrari faciendi, & alia omnia, & singula ad id quomodolibet opportuna gerendi, & exequendi, etiam per alium, vel alios plenam, & liberam concessimus facultatem: ac dicto Hospitali, & illius membris, eorumque Confratribus, tūc, & pro tempore existentibus, & in ipso degentibus personis, eorumque singulis nonnullas indulgentias, & peccatorū remissiones elargiti sumus, prout in nostris inde confectis literis plenius cōtinetur. Cū autē, sicut exhibita nobis nuper, pro parte dictorū Confratrum petitio continebat Confratres præfati dubitent prædictas, & alias in literis contentas huiusmodi indulgentias, & gratias per alias fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, ac alijs Ecclesijs, Hospitalibus, & pijs, ac regularibus locis hætenus concessas, seu impostero, concedendas indulgentias suspensas, reuocatas, seu modificatas fuisse, aut reuocari suspendi, vel modificari, aut sibi minus vtilis reddi posse tempore procedente. Quare pro parte eorundem Confratrum nobis fuit humiliter supplicatum, vt in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos, qui Hospitalium quorumlibet, & infirmorum subuentionem intensis, desideramus affectibus, ac volentes Confratres, & personas prædictas, ac Archihospitalis, & membrorum huiusmodi custodes, amplioribus, fauoribus, & gratijs prosequi, ipsosque Confratres, & custodes, ac ipsius Confraternitatis, singulares personas, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis: si quibus quomodolibet innotati existunt ad effectum præsentium, duntaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, ac tenores dictarū literarū præsentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati indulgentias, & peccatorū remissiones, necnon exemptiones, priuilegia, & indulta, ac alia quæcunque in literis huiusmodi cōtenta, sub quibusvis reuocationibus, suspensionibus, modificationibus, derogationibus, decretis, declarationibus, quoruncunque priuilegiorum, indultorum, & literarum Apostolicarum, & indulgentiarum, etiā fabricæ Basilicæ huiusmodi, & quibusvis alijs Ecclesijs, Hospitalibus, seu pijs, ac regularibus locis, etiam sub quibusvis verborū formis, ac derogatorijs, derogatorijs clauulis, irritantibusque decretis, etiam motu simili, & ex certa scientia hætenus, etiā in nullius fauorem concessa, & concessas, minimè comprehēsas, sed ab illis  
sem:

Semp̄ ex  
cepte sunt.

Imposterū

Plenaria in  
dulgētia cō  
fess̄, &c.Annūtiatō  
nis, omniū  
Sanctorum,  
Philippi, &  
IacobiConfessorū  
electio.Confratrū  
bus, infir-  
mis, & ser-  
uientibus,  
Stationes.

semper exceptas fuisse, & esse auctoritate Apostolica tenore præsen-  
tiū, attestamus, decernimus, & declaramus, ipsasq; & in eis contenta,  
ac præsentis literas huiusmodi in futurum, sub prædictis, seu quibus-  
vis alijs imposterum, per nos, & successores nostros Rom. Pontifices,  
& Sedem eandem Basilicæ, seu alijs Ecclesijs, Hospitalibus, & locis  
prædictis pro tempore concessis gratijs, & indulgentijs, minimè com-  
prehendi, suspendi, & reuocari, ac modificari posse, nec debere, sed  
quoties illæ reuocatae reperiantur, toties illas in pristinum, & eum  
statum esse, quo ante reuocationem, suspensionem, derogationē, aut  
modificationem, huiusmodi existebat, repositas, restitutas, reintegra-  
tas, & innouatas esse auctoritate, & tenore prædictis, statuimus, &  
ordinamus. ¶ Et, vt Archihospitale, & membra prædicta in eorum  
structuris, & ædificijs debite reparentur, manuteneantur, & conseruē-  
tur, ac Christi fideles, eo libentius ad ea visitationis causa confluant,  
& ad reparationem, manutentionem, & conseruationem prædictas,  
ac pauperum infirmorum, prædictorum, sustentationē manus prop-  
tius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono cœlestis gratiæ, vbe-  
rius conspexerint, se refectos, omnibus, & singulis, vtriusque sexus, fi-  
delibus valentibus per se ipsos impeditis verò, seu infirmis per alios  
Ecclesiam, seu Ecclesias, aut Capellas, vel Oratoria, Archihospitalis, &  
membrorum huiusmodi in Annuntiatione gloriosæ Virginis Mariæ,  
& Commemoratione omnium Sanctorum, ac Apostolorum Philip-  
pi, & Iacobi festiuitatibus à primis Vesperis, vsque ad occasum So-  
lis, singularum festiuitatum, earūdem annuatim deuotè visitauerint,  
& ad Archihospitalis, seu membrorum huiusmodi reparationē, con-  
structionem, & manutentionem, pauperumque, & infirmorū, ac mi-  
serabilium personarum in Archihospitali, & membris huiusmodi,  
pro tempore degentium subuentionem, refocillationem, & aliorum  
necessariorum fulcimentum, & subsidium manus porrexerint adiu-  
trices, de omnipotentis Dei misericordia, ac Petri, & Pauli Apосто-  
lorum auctoritate confisi, plenariam omnium peccatorum suorum,  
de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint indulgentiam, & re-  
missionem elargimur. Et in super custodibus dicti Archihospitalis, &  
membrorum huiusmodi, & eorum cuilibet in singulis festiuitatibus  
prædictis vnum, vel plures Presbyterum, seu Presbyteros Seculares,  
& quorumuis Ordinum, etiam de obseruantia Regulares, qui Chri-  
sti fidelium prædictorum confessiones audire, & ab eorum peccatis  
excessibus, criminibus, & delictis absoluere, ac pro commissis pœnitē-  
tiam salutarem impendere valeant. ¶ Præterea Confratribus in Vr-  
hospitali, & membris, huiusmodi residentibus, & in illis deseruienti-  
bus Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam, quinquies  
singulis diebus recitando, omnes, & singulas indulgentias, & peccato-  
rum remissiones: quas fideles præfati Ecclesias intra Urbem, & extra  
illius muros stationum, & quadragesimalibus, & alijs per totum annū  
circulum temporibus visitando consequuntur, consequi possint, &  
valeant perinde, ac si diebus, & temporibus, huiusmodi Ecclesias, hu-

iusmodi personaliter visitarent indulgemus. ¶ Demum Presbyte-  
ris, & Confessoribus per dictos Confratres, & custodes eligendis infir-  
mos, & alios, vtriusque sexus, in Archihospitali, & membris huius-  
modi residentes, & deseruientes Sedi Apostolicæ reseruatis, exceptis  
Absolutio. contentis in Bulla, quæ legitur in Cœna Domini, semel in-vita, & de  
non reseruatis casibus, toties quoties opus fuerit absoluerè, ac plena-  
riam indulgentiam, & remissionem omnium peccatorum suorum,  
in articulo mortis impendere, ac eis Eucharistiam, & alia Sacramen-  
ta Ecclesiastica administrare, & sepulturæ Ecclesiasticæ, tradi possint  
licentiam, & facultatem concedimus. Non obstantibus præmissis, &  
alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis; cæterisque con-  
trarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc pa-  
ginam nostræ absolutionis, attestationis, decreti, declarationis, statu-  
ti, ordinationis, elargitionis, indulti, & concessionis infringere, vel ei  
aufu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare, præsumperit  
indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apo-  
stolorum eius, se noverit incursum. Dat. Romæ apud sanctum Pe-  
trum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sex-  
to decimo, quarto decimo Cal. Iunij, Pōtificatus nostri anno quarto.

A Colocius.

G Cabredo.

*Auscultata de verbo ad verbum, cum originali cum su-  
pradiçta additione, & concordat, H. de Vernatia.*

Beatae Ma-  
riae de Po-  
pulo.

**S**I X T V S Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei  
memoriam. Ineffabilia gloriosæ Virginis Deigenetricis Mariæ,  
meritorum insignia deuotè considerationis indagine perscrutañ. &  
intra nostræ mentis archana reuoluētes, quòd ipsa castissimo eius vte-  
ro, prout nostri status exigebat necessitas humane salutis auctorem  
pertulit, & apud eum quem maternis lactauit vberibus sedulas, pro  
nostræ fragilitatis expiatione preces effundit dignum, quin potius de-  
bitum reputamus, vt in horem sui nominis dedicatas Ecclesias, præ-  
sertim in locis, vbi miraculorum claritate coruscat generosis, remis-  
sionem prosequamur impendijs, & indulgentiarum muneribus de-  
coremus. Cupieñ. igitur, vt Ecclesia domus Beatæ Marię de Populo,  
iuxta portam Flamineam de Vrbe, Ordinis Fratrum Eremitarum  
sancti Augustini, ad quam Romañ. populus, & etiam Curiales, ac alij  
Christi fideles diuersarum nationum cum propter diuersa miracula,  
quæ omnipotens Deus meritis, & intercessionibus prælibatę Virgi-  
nis gloriosę retroactis temporibus, & præcipuè, dum pestis mirum  
in modum Urbem ipsam inuaderet, & varijs egritudinibus fideles,  
Christi obirent hætenus operata est, & operatur in dies magnus po-  
puli concursus habeatur. Nos qui hodie considerantes, quàm plures  
Christi fideles in eadem Vrbe febribus, & alijs egritudinibus, præter  
consuetudinem magis grauari, & ex illis infra paucos dies decedere,  
ad

ad præfatam Ecclesiam personaliter accessimus, & ibidem in nostra præsentia orando Dominum, ut aerem salubrem, & infirmis sanitatem ex sui pietate, & misericordia elargiri dinaretur, Missam celebrare fecimus congruis honoribus frequentetur, ac Christi fideles, eo libentius deuotionis causa ad illam confluant, quo tandem precibus, & meritis præfatæ Virginis adiuti, & per alia bona opera, quæ fecerint animarum suarum, salutem sperauerint adipisci, de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, auctoritate confisi, omnibus, & singulis Christi fidelibus, vtriusque sexus, verè pœnitentibus, & confessis, qui præfatam Ecclesiam in Natiuitatis, Conceptionis, Purificationis, Annuntiationis, Visitationis, & Assumptionis eiusdem Virginis festiuitatibus, à primis Vesperis, vsque ad secundas Vesperas, deuotè visitauerint annuatim singulis, earundem festiuitatibus diebus, plenariam omnium peccatorum suorum remissionem, & veniam auctoritate Apostolica, tenore præsentium in Domino concedimus, præsentibus, perpetuis, futuris, temporibus valituris. Dat. Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quadragentesimo septuagesimo sexto. Id. Septembr. Ponti. nostri anno secundo.

Plenaria in  
dulgētia cō  
fess. & cont.

In festis Bea  
tæ Mariæ  
omnibus.

**SIXTVS** Episcopus, seruis seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, à Sede Apostolica sunt illa benigno concedenda fauore, per quæ animarum saluti benignius consulatur. Cum autem nos, nuper vniuersis Christi fidelibus, verè pœnitentibus, & confessis, qui Ecclesiam Beatæ Mariæ de Populo de Vrbe, Ordinis Fratrum Eremitarum sancti Augustini in singulis, eiusdem Beatæ Mariæ Virginis, deuotè visitauerint annuatim, omnium peccatorum suorum, remissionem plenariam concesserimus, prout in alijs nostris, inde confectis literis, plenius continetur. Nos, ut Christi fideles, ipsi eandem Ecclesiam, ut præfertur visitañ. conscientia pacem, & animarum salutem Deo propitio consequantur, ac, ut indulgentiarum huiusmodi commodius participes, esse possint cum eis benignius agere volē. quod Prior domus dictæ Ecclesiæ de Populo, tempore existens sex Sacerdotes, ipsius Ordinis sancti Augustini, idoneos, & discretos in ipsa Ecclesia de Populo deputare, ac vnum ex eis Priorem aliorū constituere possit: qui confessiones quaruncunque personarum, eandem Ecclesiam causa, huiusmodi indulgentias consequendi visitantium, in festiuitatibus prædictis. Necnon à media quadragesima, vsque ad octauam Resurrectionis Paschæ Domini nostri Iesu Christi, quando à populo Roman. & à Curialibus, tum propter deuotionem, quam ferunt Beatæ Virginis: tum etiam, propter maximum numerum indulgentiarum, eo tempore à diuersis prædecessoribus nostris Roma. Pontificibus concessarum, frequentissimè visitatur audire, & earum confessionibus diligenter auditis, eisdem personis à quibuscunq; peccatis, quæ confitebuntur, sicut pœnitentiarij minores, in Basilica Principis Apostolorum de Vrbe deputati faciunt, & facere possunt iniunctis eis pro commissis pœnitentia salutari, & alijs, quæ de iure fue-

De populo

Deputa. vj  
confessorū.

In festis Bea  
tæ Mariæ &  
à media qua  
dragesima

Absolutio

Satisfactio

rint iniungenda, debitam absolutionem impendere. Ita tamen, quod  
ijdem Confessores, de his de quibus alteri fuerit satisfactio impende-  
da eam dictis personis per eas, si supervixerint, vel alios si fortè, tunc  
transierint faciendam iniungant, quam ipsæ personæ, vel illi alij facer-  
re teneantur, ut præfertur auctoritate Apostolica tenore præsentium  
de vberiori gratia concedimus, & etiam indulgemus. Nō obstantibus  
constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs  
quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginā no-  
stræ concessionis, & indulti infringere, vel ei ausu temerario contrari-  
re. Si quis autem hoc attentare, præsumpserit indignationem omni-  
potentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se no-  
uerit incursum Dat. Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarna-  
tionis Dominicæ, millesimo quadragesimo septuagesimo secun-  
do, quarto Idus Octobris, Pontificatus nostri anno secundo.

De Populo

**S**IXTVS Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei me-  
moriā: Cum ineffabilia gloriosæ Deigenitricis Maria merita  
deuotè & pie consideramus, & intra nostræ mentis penetralia reco-  
limus: quod ipsa castissimo eius viro prout nostri status exigebat ne-  
cessitas humanæ salutis gestavit autorem, & apud eum, quem mater-  
nis lactavit vberibus sedulas pro nostrorum peccatorum, & delicto-  
rum remissione preces effudit dignum, quin potius debitum repu-  
tamus, ut in honorem sui nominis dedicatas Ecclesias, præsertim in  
alma Vrbe gratiosis remissionum prosequamur impendijs, & indul-  
gentiarum muneribus decoremus. Cupientes igitur, ut Ecclesia do-  
mus Beatæ Mariæ de Populo, iuxta portam Flaminæam dictæ Urbis,  
Ordinis Fratrum Eremitarum sancti Augustini, sub Regulari Obser-  
uantia, & congregatione Lombardiæ degentium, quam nuper solo  
prius equatam, & in præsentem structurarum formam redactā, Re-  
gularis Observantia professorum, & virgini laudes, ac preces assiduè  
pro vniuerso populo decantantium, copioso numero pro gemmis  
præciosis, alijsque pro observantia necessarijs ornatibus deco-  
rauimus, & ad quam Ecclesiam, ac plurimum venerādā dulcissimæ  
Virginis Deigenitricis Imaginem, inibi mirificè reconditam, sicut à  
dilectis filijs Guydone de Arpagione, Antonio de Sancto Bensano,  
Ioanne de Voysins Vicecomite Deambri, & alijs eorum Collegis  
Cardinalium, in Christo filij nostri Ludouici Francorum, Regis illu-  
stris oratoribus nos cum pro consuetudine, & deuotione nostra ire-  
mus, comitantibus accepimus, dictus Ludouicus Rex, eiusque natus  
Delphinus, & dilecta in Christo filia Anna, eiusque coniux ob celebrè  
in Curia maximè, & vbiq; terrarum, huius deuotissimæ Imaginis à  
sancto Luca depictæ famam, ac frequentium signorum gratiarum, &  
miraculorum coruscationem singularem gerunt, deuotionis affectū  
congruis, honoribus frequentetur, proque illorum felici statu con-  
seruando, ac vniuersali Christi fidelium, pace impetranda à dilectis fi-  
lijs Priore, & Fratribus, ibidem, existentibus Deo, & Beatæ Virgini,  
frequentius exoluantur debitæ, gratiarum actiones, ac Romanus po-

palus, necnon Curiales, & alij Christi fideles, eo libentius deuotionis causa ad illam confluant, quo ex hoc ibidem, dono cœlestis gratiæ conspexerint, se refectos Motu proprio, & ex nostra certa scientia, ac mera deuotione, quàm ad Imaginem ipsam, etiam gerimus de omni potentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, auctoritate confisi, omnibus, & singulis Christi fidelibus, vtriusq; sexus, verè pœnitentibus, & confessis, qui præfatam Ecclesiam die Sabbati, singularum Hebdomadarum Quadragesimæ deuotè visitaue-  
 rint annuatim, omnium peccatorum tuorum remissionem, & veniã auctoritate Apostolica, tenore præsentium concedimus. Et, vt fideles ipsi ad dictam Ecclesiam pro indulgentijs consequendis, pro tempore confluentes illarum capaces, facilius efficiantur Priori pro tempore existenti dictæ domus, sex Presbyteros, ipsius ordinis idoneos, qui eorundem fidelium in Ecclesia, & die prædictis confessiones audire, & eorum confessionibus diligenter auditis, eisdem personis à quibuscunque peccatis, quæ confitebuntur, sicut pœnitentiarij minores in Basilica Principis Apostolorum de Vrbe deputati faciunt, & facere possunt de iniunctis eis pro commissis pœnitentia saluari, & alijs, quæ de iure fuerint iniungenda debitam absolutionem impendere. Ita tamen, quòd ijdem Confessores de his, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, eam dictis personis per eas si superuixerint, vel alios si fortè, tunc transferint faciendam iniungant, quàm ipsæ personæ, vel alij facere teneantur, vt præfertur deputandi plenam, & liberam eisdem auctoritate, & tenore licentiam concedimus, & etiam facultatem. Non obstant. constitutionē, & ordinationē Apostolicis contrarijs, quibuscūque præsentibus, perpetuis futuris, temporibus valituris. Per hæc autem indulgentijs, etiam plenarijs, concessis visitantibus Ecclesiam prædictam, & manus inibi porrigentibus adiutrices, tam à prædecessoribus nostris, quàm à nobis, & præsertim in nonnullis eiusdem Virginis Mariæ festiuitatum diebus nullatenus, intendimus derogare. Imò volumus, quòd si contingat festum Annuntiationis, eiusdem Virginis Mariæ in aliquo, ex prædictis Sabbathi diebus celebrari, tunc visitantes Ecclesiam prædictam illo, & etiam sequenti die Dominico indulgentiam, huiusmodi consequantur. Nulli ergo omnino hominū, liceat hanc paginā nostræ concessionis, & volūtatis infringere, vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attentare, præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Dat. apud sanctū Petrum, anno Incarnationis Dominicæ tertio decimo, Cal. Iulij, Pō-  
 tificatus nostri anno octauo.

Plenaria in  
 indulgentia pe-  
 nitet conf.

In Sabbato  
 Quadrage-  
 simæ.

Confessores?

Absolutio?

Annuntiatio  
 in Sabbato

**L**E O Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei me-  
 moriam. Licet debito Summi Pontificatus officij nobis, de super  
 iniuncti, circa piorum locorum profectus, nos deceat intentos existe-  
 re. Hospitalium tamen, & ad illa confluentium, ac in eis degentium  
 pro tempore pauperum, & miserabilium personarum omnium cō-  
 modo, & vtilitati, tantò nos potioribus studijs insistere conuenit, quã  
 P  
 10

Hospitalis;  
 sub Imagi-  
 ne Saluatoris  
 ad Sanctam  
 Sanctorum

In processione Domini  
infra oct. Corporis  
Christi.

Indulgentia  
plenaria.

Confessor.

Absolutio.

25  
tò ipsorum pauperum miserabili conditione pensata, etiam ad Christi  
fidelium animarum salutem, id conspiciamus in Domino salubri-  
ter exponere. Cupientes igitur, ut Hospitale pauperum, sub Imagine  
Saluatoris, ad Sancta Sanctorum de Vrbe, quod inter alia Hospitalia  
Vrbis ob assidua, quæ inibi erga Christi pauperes, quocumque etiam  
epidimæ morbo laborantes, & ad illud pro tempore confugientes  
pietatis, & charitatis opera exercetur celebre admodum, & insignè exi-  
stet, & per duos ex Confratribus, Confraternitatis, Hospitalis eiusdem,  
qui guardiani nuncupantur annuatim amovibiles regi, & gubernari  
consuevit, ut in sua Hospitalitate debitè conseruetur, & augeatur, &  
Christi fideles, eo libentius ad manutentionem Hospitalitatis, & sub-  
uentionem pauperum, & miserabilium personarum huiusmodi, ma-  
nus pròptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem, dono cœlestis  
gratiæ vberius conspexerint, se refectos de omnipotentis Dei miseri-  
cordia, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, auctoritate  
confisi omnibus, & singulis, vtriusque sexus, Christi fidelibus, verè  
pœnitentibus, & contritis, qui processioni, quæ singulis annis, die Do-  
minica infra octauas, festi Corporis, eiusdem Domini nostri Iesu Chri-  
sti, in eorum Hospitali celebrari consuevit interfuerit, & ad manu-  
tentionem, & subuentionem, huiusmodi manus porrexerint adiutri-  
ces, plenariam omnium peccatorum suorum remissionem elargi-  
mur, & insuper dilectorum filiorum Marci Antonij Alterij, & Magi-  
stri Antonij Drago, literarum Apostolicarum scriptoris dicti Hospi-  
talis modernorum, guardianorum, supplicationibus, inclinati aucto-  
ritate Apostolica, tenore præsentium, statuimus, & ordinamus: quod  
tam dicti Marcus Antonius, ac omnes, & singuli alij præsentibus inter  
quos, sicut quam plures sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & viri  
nobiles, etiam abbreviatores, & scriptores literarum earundem existunt  
quàm futuri dictæ Confraternitatis, vtriusque sexus, Confratres, ali-  
quem idoneum Presbyterum secularem, vel cuiusvis Ordinis Regula-  
rem, in suum possint eligere Confessorem, qui vita eis comite, & in  
casibus Sedi Apostolicæ reservatis, præter quam offensæ Ecclesiasticæ  
libertatis, criminum, hæresis, rebellionis, aut conspirationis in perso-  
nam, seu statum Romani Pontificis, seu Sedem Apostolicam falsita-  
tis literarum, supplicationum, commissionum Apostolicarum inua-  
sionis, depredationis, vel occupationis, aut deuastationis terrarum, &  
maris eiusdem Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subiectarum  
offensæ personalis in Episcopum, vel alium Prælatum prohibicio-  
nis, deuolutionis causarum ad Romanam Curiam delationis armo-  
rum, & aliorum prohibitorum ad partes infidelium semel, duntaxat  
in vita in alijs verò, quoties fuerit opportunum confessione, singulo-  
rum Confratrum eorundem diligenter audita pro commissis, sibi de-  
bitam absolutionem impendat, & iniungat pœnitentiam salutarem.  
Necnon vota, quæcumque ultra marino, liminum Apostolorum Pe-  
tri, & Pauli, & sancti Iacobi in Compostella, & castitatis, ac Religionis  
votis duntaxat exceptis in alia pietatis opera cōmutare valeat, quod-  
que idem, vel alius Confessor, quem quilibet ipsorum Confratrum,  
du-



duxerit eligendum omnium peccatorum, de quibus corde contritus, & quæ ore confessus fuerit, etiam semel in vita, & in mortis articulo plenariam remissionem, eidem Confratri in sinceritate fidei unitate, dictæ Romanæ Ecclesiæ, ac obedientia, & deuotione nostra, vel successorum nostrorum Romanorum Pontificum, canonicè intrantium, persistenti auctoritate Apostolica concedere possit. Sic tamen, quod idem Confessor, de his de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, eã taliter confitenti per eum, si superuixerit, vel per alios, si forte transferit faciendam iniungat, quam illi omnino facere teneantur. Et ne, quod absit propter gratiam, vel concessionem huiusmodi, præfati Cõ fratres reddantur procliuiiores, ad illicita impofterum commitenda volumus, quod si à sinceritate fidei unitate dictæ Romanæ Ecclesiæ, ac obedientia, & deuotione nostra, vel successorum canonicè intrantium huiusmodi desisterent, aut confidentia, concessionis, vel remissionis prædictarum aliqua forsitan committerent concessio, & remissio, ac præsentès literæ, quoad remissionem huiusmodi duntaxat eis nullatenus suffragentur. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam nostræ largitionis, statuti, ordinationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare, præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Dat. Malliani Portuen. Diocce. anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo quarto decimo, sexto decimo, Cal. Iunij, Ponti. nostri anno secundo.

**L**EO Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Saluatoris nostri Domini Iesu Christi, qui vt genus humanum primi parentis lapsu damnatum, ab æterna morte redimere, de sinu summi patris ad ima descendere humanam carnem, & mortem in Cruce subire dignatus est vices, licet immeriti gerentes in terris, ad ea nostros libenter diffundimus cogitatus, per quæ fidelium animæ, quæ aliorum suffragijs indigere noscuntur, diuina operante clementia, ad cœlestis regni gaudia, quãtocius valeant peruenire, & pauperum, ac miserabilium personarum, quos rerum fatigat ægestas, ex thesauro sanctæ Matris Ecclesiæ necessitatibus consulatur: Dudum siquidem omnibus, & singulis, vtriusque sexus, Christi fidelibus, verè pœnitentibus, & confessis, & contritis, qui processioni, quæ singulis annis, die Dominica infra octauam Corporis Christi ad Hospitale pauperum, sub Imagine Saluatoris ad Sancta Sanctorum de Vrbe, celebrari consuevit interessent, & ad manutationem dicti Hospitalis, & subuentionem pauperum, & miserabilium personarum ad illud confluentium, & in eo pro tempore degentium, manus porrigerent adiuuantes, plenariam omnium peccatorum suorum remissionem, inter alia largiti fuimus, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur. Vt autem animarum in Purgatorio existentium, salus eo potius procuretur, quo illæ magis aliorum egēt suffragijs, & minus,

Hospitæ  
sub Imagi-  
ne Saluatoris

In processione  
Corporis Christi  
domini  
infra oct.

Animab<sup>o</sup> de  
functorū in  
dulgētijs, ple.

sibi proficere queunt de diuina misericordia, & Apostolica potestatis plenitudine volumus, & Apostolica auctoritate decernimus: quod singulæ animæ in Purgatorio existentes, quæ per charitatē Christo unitæ ab hac luce decesserant, & pro quibus dictæ Confraternitatis Confratres, aut alij Christi fideles pietate moti aliquam eleemosynā, iuxta eorum facultatem ad manutationem, & sustentationem prædictas erogauerint, plenariā relaxationem penarum quibus pro suorum expiatione peccatorum, secundum diuinam iuxtitiam sunt expositæ, per modum suffragij consequantur. Nō obstantibus omnibus, quæ in dictis literis volumus non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam nostræ voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare, præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Dat. Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo quinto decimo, xv. Cal. Septembris, Pontificatus nostri anno tertio.

Sancti Spiritus in Saxia.

**L**EO Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Saluator Dominus noster Iesus Christus, dum ad suam passionem, per quam ab æterna damnatione, nos liberauit appropinquaret prædixit, nos semper pauperes nobiscum fore habituros, & alibi nos instruit, vt cum proximi nostri, sint dilectionem haberemus, & pietatis opera in eos exerceremus, vnde nos meritis, licet imparibus, ipsius Saluatoris, vices gerentes in terris, illius salutari exemplo vniuersos Christi fideles, ad exercenda in pauperes charitatis opera frequenter inuitamus, ac Hospitalia, aliaque pia, loca, singula in quibus charitatis opera exercentur, spiritualibus gratiarum muneribus, libenter conuouemus, & illa, quæ per prædecessores nostros Rom. Pō. propterea concessa sunt libenter approbamus, & alia de nouo concedimus, prout in Domino conspiciamus salubriter expedire. Dudum siquidem à fe. re. Sixt. IV. & Inn. VIII. Rom. Pontifi. prædecessoribus nostris successiuè emanarunt literæ tenoris subsequentijs.

Sancti Spiritus in Saxia.

**I**NNOCENTIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Et si ex commisso nobis desuper Apostolicæ seruitutis iugo Ecclesijs, & pijs locis omnibus, vt eorum priuilegia cōseruentur assistere, teneamur officio pietatis Hospitali, tñ nostro sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, illiusque personis, locis, & membris in eorum priuilegijs, & iuribus conseruandis, eo fauorabilius nos adesse conueit, & illa nostri muniminis præsidio firmiter stabilire, quo Hospitale ipsum nostræ curæ specialis est commissum, & nostris propinquis adheret visceribus charitatis Dudum fe. rec. Honorius Papæ III. prædecessor nostror. dilectis filijs Magistro, & Fratribus Hospitalis nostri sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, Ordinis sancti Augustini, vt de vsuris rapinis incendijs, præter Ecclesiarum incendia damnis, & alijs rebus malè acquisitis siij, quibus eorum resti-

Cōpositio refertur.

rio fieri debeat inueniri, seu sciri non possent, necnon de his, quæ in-  
 distincte apud pios vsus, in vltimis voluntatibus relinquebantur, ac  
 de redemptionibus, votorum Ierosolimitano duntaxat, excepto de iu-  
 ramentis temere attentatis, diuinorum Officiorum omissionibus, &  
 nonnullis, alijs casibus componere possent, & in vsus pauperum dicti  
 Hospitalis conuertere concessit, mandans vniuersis Archiepiscopis,  
 Episcopis, & alijs Ecclesiarum Prælati, ac personis Ecclesiasticis, vt  
 Fratres, & Nuncios dicti Hospitalis ad præmissa admitterent, & om-  
 nibus Confratribus ipsis de bonis, sibi à Deo collatis subuenirent re-  
 laxauit septimam partem iniunctæ pœnitentiæ, ac concessit plenariã  
 remissionem in mortis articulo largientibus, seu transmittentibus de  
 bonis suis eidem Hospitali. ¶ Et deinde piæ me. Bonifacius Papa, etiã  
 prædecessor noster, omnibus benefactoribus, dicti Hospitalis conces-  
 sit tres annos, & totidem quadragenas indulgentiarum in certis festi-  
 uitatibus, tunc expressis, & in octauis dictarum festiuitatum, singulis  
 illarum diebus, & singulis diebus quadragesimæ, & singulis diebus ve-  
 neris totius anni, vnum annum, & xl. dies largientibus verò, aut trãs-  
 mittentibus de bonis suis, eidem Hospitali pro sustentatione paupe-  
 rum, concessit plenariam remissionem, à pœna, & culpa in mortis ar-  
 ticulo. Et personis Ecclesiasticis, tam viris, quam mulieribus, quæ cir-  
 ca diuina Officia aliquid omisissent, & de bonis suis eidem Hospita-  
 li largientibus defectus remisit. Ac voluit, quòd in aduentu Magistri,  
 & Fratrum ad loca interdicta Ecclesiæ apperirentur, & Ianuis apper-  
 tis in illis diuina Officia celebrarentur, & corpora, tunc decedentium  
 Ecclesiasticæ sepulturæ, etiã traderentur: & descripti in libro Con-  
 fratriæ dicti Hospitalis tempore interdicti, decedentes Ecclesiasticæ  
 sepulturæ, etiã traderentur. ¶ Et successiuè Urbanus Papa V. etiã  
 prædecessor noster, concessit omnibus benefactoribus dicti Hospita-  
 lis, vt Confessorem idoneum eligere possent, qui ipsos semel in vita  
 absolueret in omnibus casibus, etiã Sedi Apostolicæ reserua-  
 tis concessit, etiã omnibus Fratribus dicti Hospitalis, in ipsius Con-  
 fratriæ libro descriptis soluendo, in eorum introitu dictæ Confratriæ  
 xxx. denarios Turonens. argenti, & quolibet anno vnum similem de-  
 narium, plenariam remissionem à pœna, & culpa in mortis articu-  
 lo. Et, quòd Magister, Commendatores, & Fratres possent limitare  
 dictam quantitatem, per illam soluere nequeuntibus, cū certis alijs  
 indultis. ¶ Et insuper Clemens Papa V. similiter prædecessor noster  
 similes indulgenc. & remissiones concessit. Ac subsequenter Eugenius  
 Pap. IV. similiter prædecessor noster, omnibus, & singulis, tam Eccle-  
 siasticis, quàm secularibus, vtriusque sexus, Christianis, qui in Cõ-  
 fraternitate huiusmodi recepti, & in illius libro descripti forent, ac  
 tres florenos auri de Camera in principio receptionis ipsorum, nec-  
 non successiuè annis singulis vnum grossum, quorum decem vnum  
 florenum, similem constituerent Camerario dicti Hospitalis solue-  
 rent, quod singuli Sacerdotes idonei per eos, post solutionem trium  
 florenor. huiusmodi, eligendum eis in mortis articulo, concedere pos-  
 sent, ac eos semel in vita absolueret in omnibus casibus, etiã Sedi

Prælati.

Plenaria rē  
missio.Plenaria rē  
missio.Interdictū  
in aduentu  
collatur.  
DecedentesConfessoris  
electio.  
Absolutio  
plenaria.Absolutio  
plenaria.

Licetque pre-  
tium.

Joā. XXII.  
Cōpositio  
Innoc. III.  
Fundator  
Hospitalis  
sancti Spiri-  
tus.  
Visitantib.  
Innoc. III.  
Singulis die-  
bus.

Alexā. IV.

Do. omnis  
terra.

Pri. Do. mē-  
sium.  
A festo Cor-  
por. Christi.  
& per octa-  
Celesti. V.  
Ab Epiph.  
& per octa-  
Natiu. Bea.  
Mar. & per  
octauas.

Clemēs. V.  
A Resurre-  
ctione, &  
per octauas.

Apostolicæ reservatis voluit, & decrevit. Propterea Martinus Pap. V. etiam prædecessor noster, prout in literis Eugenij IV. de super in forma rationi congruit confectis plenius continetur certis dedit Iudicibus in mandatis, vt omnibus, & singulis, tam ordinarijs, quam subdelegatis, eorumque Officialibus, ac quibusvis dominis temporali- bus, & alijs ad hoc deputatis tabellionibus, atq; scribis cuiuscunq; sta- tus gradus dignitatis, vel præminentix, aut cōditionis forent, vt pro- licentia adhibenda, vel præstanda, & super ea literis testimonialibus conficiendis sigillandis, & concedendis à prædictis fratribus, Nuncijs, & personis singulis annis pro litera, & licentia qualibet, vltra vnum florenorum auri de Camera non peterent, seu reciperent, aut exigi, seu recipi permetterent. Quodq; super decimis, & fructibus alijs occa- sione terrarum vinearum agrorum ad præfatum Hospitale spectan- tium Nuncios, & fratres, ac personas Hospitalis prædicti, illiusq; lo- ca, & membra non grauarent sub pœna excommunicationis ipso facto mandauit decernens irritum, & inane si secus super his à quo- quam quauis auctoritate sciēter, vel ignoranter contingeret attētari.

¶ Rursus Ioannes Papa XXII. etiam prædecessor noster, concessit Magistro, & Fratribus prædictis, vt possent componere de vsuris, ra- pinis, incendijs, & alijs præmissis, prout Honorius Papa III. concesserat. Item Innocentius Papa III. etiam prædecessor noster, fundator dicti Hospitalis, dedit, & concessit ad fidem, & deuotionem fidelium, ac salutem animarum Hospitale prædictum visitantibus, & omnia eius membra à festo Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi singulis diebus, vsque ad octauam eius, duo millia annorum indulgentiarum. Item Innocentius prædictus, concessit Hospitali prædicto, & eius mē-bris singulis diebus, totius anni vnum annum, & xl. dies indulgentia- rum. Item Alexander Papa IV. similiter prædecessor noster, concessit Hospitali prædicto, & eius mēbris à festo S. Spiritus de mense Ianua-rij, singulis diebus, vsq; ad octauā eiusdem festi, quatuor millia anno- rum, & octingentas quadragenas, & remissionem septimæ partis om- nium peccatorum de indulgentijs. Et dominica in qua cantatur pro introitu Missæ Omnis terra. Alexander prædictus concessit Hospitali prædicto, & eius membris omnibus, & singulis primis diebus domi- nicis mensium totius anni tria millia annorum, & totidem quadra- genarum, & remissionem tertix partis omnium peccatorum. Alexā- der prædictus concessit Hospitali prædicto, & eius membris à Festo Corporis Christi singulis diebus, vsque ad octauam duo millia anno- rum, & remissionem septimæ partis omnium peccatorum. Celesti- nus Papa V. concessit Hospitali prædicto, & eius membris à Festo Epiphaniæ, vsque ad octauam singulis diebus centum millia anno- rum de indulgentijs. Idem Celestinus Papa V. concessit Hospitali prædicto, & eius membris in Festo Natiuitatis Virginis Mariæ, & per octauas singulis diebus triginta millia annorum de Indulgentijs. Itē Clemens Papa V. concessit Hospitali prædicto, & eius membris à Fe- sto Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, vsque ad octauam eius singulis diebus duo millia annorum, & octingentos annos de Indul-

gen-

gentijs. Item Bonifacius Papa IX. concessit Hospitali prædicto, & eius membris à Festo Ascensionis Domini nostri Iesu Christi singulis diebus, vsq; ad octauam eius duo millia annorum, & octingentos annos de Indulgentijs. Itē Clem. Papa VI. concessit Hospitali prædicto, & eius membris à Festo Pēthecostes, vsque ad octauam eius singulis diebus octo millia annorum, & octo millia quadragenarum, & remissionem omnium peccatorum plenariam. Item Innocentius Papa VI. concessit Hospitali prædicto, & eius membris à Festo Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, vsque ad octauam eius singulis diebus duo millia annorum, & duo millia quadragenarum de Indulgentijs. Item Benedictus Papa XII. concessit Hospitali prædicto, & eius membris à Festo Omnium Sanctorum, vsque ad Festum Sancti Leonardi tria millia annorum, & totidem quadragenas de Indulgentijs. Summa dierum veniæ à Summis Pontificibus, & à sexaginta Archiepiscopis, & septuaginta Episcopis in Consistorio Lateraneñ. auctoritate Apostolica confirmatorum septingentos annos, & totidem quadragenas. Summa missarum totius ordinis per annum triginta duo milia, & totidem psalteria à fratribus qui sunt ordinis facit. Præterea est concessum eisdem benefactoribus fraternitatis, & confraternitatis in Missis, Matutinis, vigilijs, ieiunijs, & eleemosynis quæ fiunt in toto ordine in perpetuum participare. Item Nicolaus Papa V. etiã prædecessor noster omnibus Archiepiscopis, & Episcopis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna iniunxit, vt dum fratres dicti Hospitalis ad eorum loca pro eleemosynis colligendis accederent illos benignè recipiētes ipsos eleemosynas huiusmodi quærere permitterent, ac Hospitalia, & membra dicti Hospitalis ab omni iurisdictione quoruncūq; ordinariorum exempt, & illa sub sua, & beati Petri protectione suscepit. Ita vt nullus fratres dicti Hospitalis excommunicare, aut loca, & membra ipsius Hospitalis Ecclesiastico interdicto supponere posset decernens, ex tunc irritum, & inane fecus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contingeret attentari, ac certa alia eisdem fratribus, & locis indulsit in forma communi. Demum verò Sixtus Papa IV. similiter prædecessor noster omnes libertates, immunitates, & Indulgentias tam à fe. re. Bonifacio VIII. Urbano V. Ioanne XXII. Alexandro V. Innocentio V. Martino V. Eugenio IV. Nicolao V. Calisto III. Pio II. & Paulo etiam II. Ro. Pōt. quam alijs prædecessoribus suis, siue per priuilegia, siue per alias Indulgentias Magistro fratribus, ac Hospitali prædictis, & membris eiusdem eatenus concessas illas pro sufficienter expressis habens, ac si de verbo ad verbum insertæ fuissent. Necnon libertates, & exemptiones secularium exactio-num à regibus, & principibus dicto Hospitali membris, & locis subiectis concessas auctoritate Apostolica approbavit, & confirmavit prout in literis singulorum per ordinem desuper confectis quarum, ac omnium aliorum præmissorum tenores, ac si de verbo ad verbum inserti forent præsentibus haberi volumus pro expressis plenius continetur. Quare pro parte dilecti filii pij eiusdem Hospitalis magistri, & fratrum prædictorū,

Bonifa. IX.  
Ab Ascens.  
& per octa.

Clemé. VI.  
Pentecost.  
Indulg. ple.

Innoc. VI.  
Assumptio-  
nis, & octa.

Bene. XII.

Omnium san-  
ctorum.

Summā.  
Facultas pe-  
tēdi, & exē-  
ptio.

Excommu-  
nicari an  
possint.

Confirmat.

necnon vniuersorum præceptorum, siue commendatorum, & fratrum aliorum Hospitalium membrorum, & locorum dicto Hospitali nostro subiectorum nobis fuit humiliter supplicatum, v. concessionibus indultis statutis decretis relaxatio. & alijs præmissis pro illorum substantia firmiori robur Apostolicæ confirmationis adijcere, aliasque in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur quod Hospitale prædictum, tanquam nobis plenariè nostris specialiter gerimus in visceribus charitatis huiusmodi supplicationibus inclinati concessionibus indulta statuta decreta relaxationes, ac literas prædictas cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis, ceteraque; permissa auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communi decernimus omnia, & singula perpetuæ firmitatis robur obtinere. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus Hospitalis, & ordinis prædictorum iuramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ceterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre approbationis, confirmationis, communionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, eius se noverit incursum. Datt. Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto, duodecimo Cal. Aprilis, Pontificatus nostri anno secundo.

Cōfirmatio

Iulius II.

Confirmatio, Leonis

Specialis concessio.

¶ Et deinde piæ. me. Iul. Pa. II. etiã prædecessor noster singulas literas prædictas auctoritate Apostolica innouauit, & approbavit, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere debere decreuit, prout in literis ipsius Iulij prædecessoris desuper confectis plenius continetur. Quare pro parte dilecti filij Hilarij de Senis Præceptoris dicti Hospitalis, & totius Ordinis Magistri generalis nobis fuit humiliter supplicatum, vt singulis literis prædictis pro illarum substantia firmiori robur nostre approbationis adijcere, ac alias in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui dictum Hospitale singulari deuotione prosequimur, & in visceribus gerimus charitatis Cupimus, vt literæ prædictæ, & in eis contenta quæcumque; eo magis obseruentur quo clarius constiterit ea deliberatione approbata qua fuerint concessa dictorum vestigijs prædecessorum inherentes huiusmodi supplicationibus inclinati singulas prædictorum Sixti, & Innocentij, ac aliorum nostrorum prædecessorum literas, & in eis contenta priuilegia, immunitates, facultates, exemptiones, libertates, gratias, indulgentias, concessionibus, remissiones, institutiones, ordinationes, & indulta quæcumque; auctoritate prædicta tenore præsentium approbamus, & innouamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & in membris Ecclesijs, & locis ab eodem Hospitali dependens. tam in dicta Vrbe, quam extra eam consistens. obseruari debere decernimus. Ac pro potiori cautela præmissa omnia, & singula prout per dictos prædecessores concessa fuerunt eidem Hospitali specialiter, & de nouo au-

auctoritate, & tenore præd. concedimus, & indulgemus. Necnon con-  
 fraternitatem cum omnibus, & singulis concessioñ. indultis facultati-  
 bus indulgentijs, & peccatorum remissioñ. illius pro tempore con-  
 cessis prædictis ad omnia, & singula membra Ecclesias, & loca tam ab  
 ipso Hospitali pro tempore dependentia, quam alia ad quæ præcep-  
 torem, & Magistrum generalem eiusdem Hospitalis pro tempore  
 existeñ. seu eius Nuncios pro tempore declinare contigerit in quibus  
 similes confraternitates cum eisdem concessionibus, indultis, faculta-  
 tibus, priuilegijs, indulgentijs, & peccatorum remissionibus per eun-  
 dem Hilarium, & pro tempore existeñ. præceptorem institui possint,  
 & quæcunq; institutiones, & ordinationes dictarum confraternitatũ,  
 absq; ipsius generalis Magistri pro tempore existentis expresso con-  
 sensu in membris Ecclesijs, & locis huiusmodi forsan factæ, & impo-  
 sterum nullius roboris, vel momenti existant. Et insuper omnia, &  
 singula Hospitalia oratoria, Ecclesias, Capellas, Altaria, & loca dicti  
 Ordinis in quibuscunq; partibus à secularibus, & personis Ecclesia-  
 sticis possessa, & occupata, seu detenta ubicunq; existentia, etiã si non  
 fuerint possessa, & occupata, seu detentata, ubicunq; existentia, etiã si non  
 fuerint possessa, vel recepta per dicti Hospitalis Præceptorẽ, aut Fra-  
 tres, & Religiosos dicti Ordinis, sub inuocatio. & nomine S. Spiritus,  
 intitulata tâquã membra dicti Hospitalis, & ab eo depeñ. ac eidẽ Hi-  
 lario, & pro tẽpore existeñ. Præceptorĩ, & Magistro generali subiecta,  
 & ad instar aliorũ annuatim respectiuẽ cõtribuẽtiũ, cõtributorias, &  
 cõtributoria fore, & esse, ac per ipsum Præceptorẽ, & Generalẽ Ma-  
 gistrum corrigi, & visitari illorumque Rectores, & gubernatores, si de  
 iure amouendi forent amoueri, & alias personas idoneas, loco illorũ  
 deputari posse. Necnon præsentis literas, sub quibusvis reuocatioñ,  
 suspensioñ. limitatioñ. seu modificatioñ. per nos, & Sedem Apostolicam  
 ex quacunque causa quantuncunque pereundi, & excogitabili pro  
 tempore factis, & concessis nullatenus comprehensas, sed ab illis sem-  
 per exemptas, & quoties illic emanabant toties in pristinum statũ  
 repositas esse, sicque per quoscunque Iudices, & Commissarios, etiam  
 sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & causarum Palatii Apostolici  
 Auditores, in quacunque instañ. iudicari, & diffiniri debere sublata  
 eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate. & au-  
 ctoritate. Irritum quoque, & inane à quoquam, quauis auctoritate  
 scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus, & extendi-  
 mus, & ampliamus, ac statuimus, & ordinamus. ¶ Necnon omnibus,  
 & singulis Generalibus, Ministris, Prouincialibus, Guardianis, Fratri-  
 bus, & alijs quibuscunq; Religiosis, personis, Mendicantium, & alio-  
 rum quoruncunq; Ordinum, in virtute sanctæ obedientiæ præci-  
 pimus, & mandamus, quatenus, postquã pro parte Præceptoris Ma-  
 gistri Generalis, & aliarum personarum Hospitalis huiusmodi, vel  
 alicuius eorum requisiti fuerint præmissa, ac præsentis literas huius-  
 modi in eorum Ecclesijs, Capellis, domibus, & alijs pijs locis, Domi-  
 nicis, & alijs festiuis diebus infra Missarum, & aliarum diuinarũ Ho-  
 rarum solemnia Clero, & populo publicare, & intimare, seu publica-  
 ri, & imitari facere teneantur. ¶ Verum, quia difficile foret præsen-

Ad mēbra.

Subiectio  
membrorũ.Non cõpre-  
hendi in sus-  
pensionib.Mádatũ de  
publicãno.

Transũp.

res literas ad sigula loca, ad quæ expediens fuerit deferre volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod transumptis præsentium, & aliarum quaruncunque nostrarum, & dictorum prædecessorum Hospitali, & illius Ordini prædicti, concessarum literarum manu Notarij dicti Hospitalis subscriptis, & sigillo Præceptoris eiusdem Hospitalis pro tempore existentis munitis, plena fides in iudicio, & extra adhibeatur, prout eisdem originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ, quodque transumptis præfatis subscriptionem, & sigillum Præceptoris huiusmodi non habentibus, nulla fides adhibeatur. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Hospitalis, Monasterij, & Ordinis prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus. Necnon omnibus illis, quæ in singulis literis prædictis concessa sunt nõ ob stare, cæterisque cõtrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominũ liceat, hanc paginã nostræ approbationis, innouationis, decreti, concessionis, indulgi, extensionis, ampliacionis, statuti, ordinationis, præcepti, mādari, volūtatis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare, præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Dat. Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo, xij. Id. Martij, Pontificatus nostri anno primo.

Sancti Spiritus in Saxia.

**S**IXTVS Episcopus, seruis seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Illius qui pro Domini saluatione gregis in Ara Crucis in pretium immolari non erubuit quique post eius mortem, & à mortuis resurrectionem præordinatis testibus sæpè apparens tandè ascensurus ad patrem suos nolens discipulos relinquere orphanos Spiritu Sancti paracliti consolatione visitauit, & eos Hospitalales ad inuicem fore debere, charitatisque dona, quæ omnes alias virtutes superat exercere præcepit vices quãquam immeriti in terris gerentes, quamuis ex debito Pastoralis officij, mens nostra rerum pro tempore ingruentium occasione ad multiplices cogitatus, se diuertat tamen incessanter curis flectimur assiduis circa quæcunq; pia loca maximè, & in honorem eiusdem Sancti Spiritus constructa, prouentibusq; dotata, & in quibus continuo Hospitalitatis cura, & miserationum opera exercentur, vt illa ad salubrem statum, & maiorem Hospitalis huiusmodi obseruantiam, eiusdemq; charitatis, & aliarum vniuersarum virtutum misericordix donorum inibi perfectius exercitium indicamus, vtq; ad præmissa cunctorum Christi fidelium vota concurrant ad pia implenda opera fideles ipsos per Confraternitatis spiritualis, tanquam membra suo capiti adherentia nexum quibusdam spiritibus, & allectiuis muneribus prosequimur, vt exinde gratiæ diuinæ reddantur aptiores, & charitatis, & Hospitalitatis deuotio eiusdem paracliti inspiratione cordibus ipsorum fidelium imprimenda per amplius in dies eis augeatur, & his quæ hætenus per prædecessores nostros Romanos Pontifices, eisdem pijs præmissorũ respectu Apostolica munificentia concessa fore noscuntur, exinde maioris firmitatis



tis robur suscipiant ex nostri Apostolatus officio, quoties opportu-  
 nitas se offert fauoralibiler adijcimus nostri ministerij partes. At tē  
 tē igitur considerantes, quod Hospitale nostrum sancti Spiritus in Sa-  
 xia Almæ Urbis: quod se. re. Innocentius Papa III. prædecessor no-  
 ster diuinitus, vt piē creditur inspiratus ad laudem, & gloriam Dei  
 omnipotentis pro animarum, & corporum euitandis periculis, & ex-  
 positorem infantium, ac pauperum miserabiliumque, & infirmorū  
 subsidio, & subuentione fundauit cuique, & illius membris locis, &  
 Ecclesijs tam ipse Innocentius quàm Honorius, etiam III. Alexander  
 IV. Celestinus V. Bonifacius VIII. Clemens V. Ioannes XXII. Bene-  
 dictus XII. Urbanus V. Gregorius XI. Alexander V. Martinus V. Eu-  
 genius IV. Nicolaus V. Calixtus III. Pius II. Paulus, etiam II. Roma-  
 ni Pontifices prædecessores nostri, diuersa priuilegia, immunitates,  
 exemptiones, libertates, indulgentias, aliasque spirituales, & tempo-  
 rales gratias successiuē concesserunt illis dictum Hospitale, multipli-  
 citer decorantes dudum eorundem Pontificum, & aliorum Christi fi-  
 delium largitione adeo abundasse, quod Hospitalitatis onera, & alia  
 charitatis, & pietatis opera in eo poterant continuo exerceri, & post-  
 modū, prout notorietas facti, & rerum experientia iudicabat omni  
 intuēti causantibus guerrarum turbinibus, & alijs sinistris euentibus  
 ad magnam diminutionem, tam in spiritualibus, quàm illius prouē-  
 tibus tēporalibus deuenisse, & oculo pro spicari intuentes illius stru-  
 cturas, & ædificia modernis temporibus ad pauperum infirmorū ex-  
 positorem, & aliarum miserabilium personarum, ad illud confluen-  
 tium receptionem angusta depressa, & minus accomodata fore: ita,  
 vt eis exilij potius, quàm recuperandæ sanitatis, & salutis causa exi-  
 sterent, & propter earū vetustatem ad casum tenderent miserabilem  
 que animum, ac eiusdem Redemptoris verba, in quibus se in pauperes  
 recipi nos instruit intra pectoris nostri archana reuoluentes, eiusdem  
 Hospitalis structurarum, vetustate sublata illud à fundamētis de no-  
 uo opere condecanti construi ædificari fecimus, & tūm pro infirmo-  
 rum, & aliarum miserabilium, indigentiumque eis obsequentiū per-  
 sonarum, & seruatorum commodo longē, latēque ampliauimus clau-  
 straque, & habitationes, ac alia cum suis officijs ædificia eminentiora,  
 ac vtiliora, etiam pro mulieribus, & infantibus expositis huiusmodi,  
 sub clausula collocandis, & pro nobilibus, ac honestis personis infir-  
 mis protendere, & annun:iante Domino continuo ampliare, & con-  
 seruare non cessamus, ac pro ipsius Hospitalitatis supportandis oneribus  
 eiusdem Hospitalis, prouentus anneximus, & indies augere cu-  
 rabimus. Et quoniam, inter eosdem prædecessores nostros Eugenius  
 præfatus inter cætera, quandam Confraternitatem proborum virorū  
 à prædecessoribus suis, eatenus institutam: tunc tamē intermissam spe-  
 rans, cum multimodis eidem Hospitali fructum auferre cum omni-  
 bus, & concessis priuilegijs, fauoribus, & indulgentijs per suas certi-  
 tenoris literas innouauit. Nos prædecessorum, & aliorum Romano-  
 rum Pontificum, singularum literarum ipsi Hospitali, sub quibusvis  
 verborum formis concessarum tenores series, & effectus, ac si de ver-  
 bo

bo ad verbū præsentibus infererentur, pro sufficienter expressis haberi volentes Motu proprio, non ad alicuius nobis, super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex nostra certa scientia, & spontanea voluntate illas, ac omnia, & singula in eis contenta privilegia, immunitates, exemptiones, libertates, gratias, indulgentias, remissiones, facultates, concessiones, & indulta ab eisdem prædecessoribus ipsi Hospitali, illiusque membris per eosdem prædecessores, concessa præsentibus tamen, non contraria auctoritate Apostolica tenore præsentium, confirmamus, & approbamus, præsentisque scripti patrocinio communimus illasque, & illa perpetuò viribus subsistere decernimus. ¶ Nec non ad honorem eius, & totius Curie cœlestis, vnam nouam sanctam, que Confraternitatem in dicto Hospitali pro illius, ac bonorum, & iurium eiusdem conseruatione, defensione, & protectione perpetua, sub modis, & formis, ac conclusionibus infractis motu scientia, & auctoritate similibus, etiam de fratrum nostrorum consensu vnanime erigimus, facimus, creamus, & perpetuò ordinamus. ¶ Et, vt dicta sancta Confraternitas per nos in præsentiarum, sic instituta plenum, & optatum sortiatur effectum, nos illam, & singuli ex dictis fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ex nunc ingredimur, atque manu propria nos, & ipsorum singuli in quodam libro, eiusdem sanctæ Confraternitatis huiusmodi ad effectum singula nomina iam descripsimus. ¶ Ac motu auctoritate, & scientia prædictis, ac irrefragabili constitutione perpetuò valitura, statuimus, & ordinamus: quòd singulorum vtriusque sexus fidelium honestæ tamen cõuersationis, & famæ hanc Confraternitatem, nunc, & pro tempore intrare volentium in Vrbe præsentium pro tempore, duntaxat nomina, & cognomina, ac qualitates in dicto libro, & præfato Hospitali duntaxat, & non alibi describantur. Et pro illorum ingressu, ac descriptione ad solutionem alicuius quantitatis pecuniæ, aut rerum aliarum, nisi quantum sua sponte elargiri voluerint, aut cuiusque deuotio dictauerit, minimè teneantur. Charissimus autè in Christo filius noster Federicus modernus, & pro tempore existens Romanorum Imperator semper Augustus, Reges, Principes, Duces, Marchiones, Comites, & Barones, domini que terrarum, ac illorum viuèntium & defunctorum vxores, nec non Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Monasteriorum, Abbates, militiarum Ecclesiasticarum, Magistri, & maiores post Pontificales in Metropolitana, vel alijs Cathedralibus, ac principales in Collegiatis, Ecclesijs, Dignitates, nec non Conuentuales, Prioratus, Præposituras, Præpositatus, & generales Præceptorias obtinentes, etiam ab eadem Vrbe absentes, si id per procuracionem habentes mandatum ad hoc speciale, quòd in publicam formam exhibere, & Præceptorum dicti Hospitalis dimittere teneantur, id penetrant in Confratres dictæ Confratriæ recipi, & illorum, ac illarum nomina, & cognomina, ac qualitates, ac si præsentibus forent in dicto libro describi, & annotari possint in Vrbe præfata duntaxat, ac si præsentibus forent in illa. Item, quòd singuli ex Fratribus, sic in eodem sanctæ Confraternitatis libro pro tem-

Alias p̄-  
terint.

pore descripti Sæcularem, vel Regularem Presbyterum, in suū pos-  
 sint eligere Confessorem, qui eligentium confessione diligenter au-  
 dita eis semel vita comite, ab omnibus, & singulis criminibus, & pec-  
 catis, necnon excommunicationis, & quibusvis alijs sententijs, & cē-  
 suris Ecclesiasticis, etiam occasione simoniæ, super ordinibus, vel be-  
 neficijs assequendis, ubicunque contractæ, & alijs casibus specialiter,  
 vel generaliter Rom. Pont. & Sedi Apostolicæ quouismodo reserua-  
 tis, & propter quæ ipsa Sedes merito esset consulenda, præter hære-  
 sis, rebellionis, aut conspirationis in personam, vel statum Rom. Pō-  
 tificis, seu Sedis Apostolicæ, & offensæ personis in sanctæ Romanæ  
 Ecclesiæ Cardinalem, Patriarcham, Archiepiscopum, & Episcopum,  
 ac Presbyterum, etiam in mortis articulo plenam omnium peccato-  
 rum suorum, etiam exceptorum huiusmodi remissionem impende-  
 re possit ita, quod si tunc non obierit quoties in tali articulo consti-  
 tuti fuerint illam reiterare possit, idem vel alius confessor, sic electus  
 in alijs vero casibus toties quoties opportunum fuerit confessione  
 audita eos absolueret valeat, & pœnitentiam iniungere salutarem.

Confessoris  
electio.

Absolutio  
pleniss.  
De simonia

¶ Quodque idem confessor sic electus in Vrbe, duntaxat cum eisdem  
 Confratribus eum in confessorem eligentibus cuiuscunq; dignitatis  
 status gradus ordinis, vel conditionis, aut præminentie fuerint cle-  
 ricall Militiæ à scriptis, etiam religiosis quæcunq; beneficia Ecclesiasti-  
 ca, etiam obtinentibus qui præmissis sententijs ligati Missas, & alia  
 diuina Officia celebrando, aut alias se illis immiscendo, seu alias in  
 casibus in iure expressis, vel non expressis irregularitatem contraxe-  
 runt bigamia, & homicidio voluntario, duntaxat exceptis, vt ad om-  
 nes superiores, & sacros ordines promoueri, & in illis, ac per eos sus-  
 ceptis ordinibus huiusmodi, etiam ac Altaris ministerio ministrare,  
 ac dignitates, & beneficia Ecclesiastica quæcunq; recipere, & retinere,  
 necnon Monasterijs, Ecclesijs, Cathedralibus, etiam Metropolitanis, &  
 Patriarchalibus præfici, & præesse liberè, & licitè possint dispensare,  
 ac eis quæ tunc detinerent dignitatibus, & beneficijs huiusmodi pro-  
 uidere, & quibus minus canonicè præessent Ecclesijs, & Monasterijs  
 huiusmodi eos præficere in foro conscientie duntaxat Apostolica va-  
 leat auctoritate prædicta. Adijcientes insuper statuto, & ordinationi  
 prædictis quod corpora singulorum Confratrum prædictorum, tam  
 Ecclesiasticorum, quàm laicorum vtriusque sexus in dicto libro des-  
 criptorum, quos tempore Ecclesiastici interdicti quouismodo, etiam  
 à sede prædicta impositi decedere contigerit dummodo causam non  
 dederint interdicto Ecclesiasticæ sepulturæ tradi debeant, absque ta-  
 men funeris pompa, sicut solitum est fieri de corporibus Clericorum  
 interdictum seruantium. ¶ Decedentem autem pro tempore in dicto  
 Hospitali, & eiusdem Hospitalis, ac pauperum, & expositorum eo-  
 rundem obsequijs insistentes vtriusq; sexus quandiu permanserint in  
 obsequijs huiusmodi duntaxat eisdem quibus Confratres in dicto li-  
 bro descripti quoad omnia in præsentibus contenta priuilegijs, facul-  
 tatibus, & gratijs potiantur, & gaudeant. ¶ Porro ad communican-  
 dum latius operis, tam pij salutem omnibus, & singulis vtriusq; sexus

De irregula-  
ritate notan-  
da.

In foro con-  
scientie.  
Decedentes  
tempore in-  
terdicti.

Ministri de-  
cedentes.

Benefactores.

Confessio.  
electio.

Confessio.  
electio.

Notarijs.

Impeditis.

Altère die  
Pétecoste.

alijs Christi fidelibus qui ad dictum Hospitale pro illius prædictis oneribus supportandis de eorum bonis, prout eorum dictauerit deuotio fideliter tranſmiserint, vel in eius testamentis, & vltimis voluntatibus ad hoc legauerint motu scientia, & auctoritate prædictis concedimus, vt in mortis articulo constituti confessorem idoneum eligere possint, qui eorum confessionibus diligenter audien. omnium peccatorum suorum plenariam eis remissionem elargiri possit. Prouideat autem Præceptor dicti Hospitalis nunc, & pro tempore existens, quod elemosynæ, & mittentium nomina, & legata in libro ad hoc deputato describantur sub excommunicationis pœna eo ipso si malitiosè facere neglexit incurrenda districtè præcipientes Notarijs qui rogati fuerint de testamento, vel alijs vltimis voluntatibus in quibus aliquid disponi cõtinget in posterum in fauorem, & commodum dicti Hospitalis, vt sub excommunicationis pœna huiusmodi dispositionem quantotius commodè poterunt Præceptor dicti Hospitalis, seu alteri per quem id possit ad dicti Præceptoris noticiam peruenire intimare procurent. Ipsiq; Notarij quoque, & confessores eorundem decedentium in suorum remissionem peccatorum eisdem testantibus, & confitentibus commemorare non omittant, vt ad tam pia opera quæ in dicto Hospitali exercentur manus porrigant adiutrices, quemadmodum nos quoscunq; Christi fideles, & præsertim Confratres eiusdem Confratriæ, qui pro tempore fuerint per viscera misericordix Domini nostri Iesu Christi ad id hortamur. ¶ Et vt fideles ipsi vberioris gratix dono sentiant se reſectos harum serie decernimus, vt omnes vtriusque sexus in Vrbe commorantes qui legitima causa ætatis valitudinis, vel similibus impediti ipsius Urbis stationes, vel quascunq; indulgentias commodè visitare, vel Pontificalibus benedictionibus interesse pro tempore non poterunt illam elemosynam Hospitali præfato conferendo, quam in præfatis stationibus ex propria pietate, si eas visitassent personaliter contulissent, quas indulgentias præfatas stationum Urbis, & Pontificalium benedictionum, tam plenarias, quàm ad certum annorum numerum constitutas de omnipotentis Dei gratia, & dono consequantur in forma Ecclesiæ. ¶ Rursus, vt in principio huiusmodi Confraternitatis, & successiuè, etiam futuris temporibus ad illam maior deuotio accrescat fidelium, & de ea memoriale sit in æuum omnibus dictæ Confratriæ Confratribus præsentibus in Romana Curia iniungemus, vt in crastinum solemnitatis Pentecostes proximè futuri, & successiuè anno quolibet eadem die impedimento cessante legitimo basilica Principis Apostolorũ de Vrbe conueniant, in qua in huiusmodi rei memoriam ostendatur sudarium Saluatoris Domini nostri Iesu Christi, eoq; ostenso portando inde brachium Sancti Andreæ Apostoli, quod nouissimè in honorem dicti Apostoli, & laudem Confraternitatis prædictæ theca argentea, & aurea lapidibus præciosis ornata, & per nos eidem oblata recludi fecimus, & vnum de articulis manus Sancti Pauli Apostoli, ac vnum de digitis Sanctæ Catherinæ Virginis Martyris per nos nouiter, apud Hospitale ipsum honorificè collocatis processionaliter tran-

transeant ad Ecclesiam dicti Hospitalis in qua in proximè futura de  
 prædicta per nos dante domino, aut vnum ex dictis fratribus nostris  
 Missa solemniter celebrabitur, ipsaq; die, & deinceps singulis annis ea-  
 dem die in perpetuum vniuersis Christi fidelibus verè poenitentibus,  
 & confessis Ecclesiam, ipsam Hospitalis suffragabitur plenaria re-  
 missio omnium peccatorum, quam harum serie elargimur. ¶ Con-  
 fratresque ipsi, & eorum singuli in Vrbe existentes, etiam eadem die  
 singulis annis Confessorem poterunt eligere, qui eorum confessioni-  
 bus diligenter auditis eos, & eorum quemlibet etiam in casibus Sedi  
 Apostolicæ reseruatis, præter quam superius exceptis Apostolica au-  
 thoritate absoluat, & eis poenitentiam iniungat salutarem. ¶ Et in-  
 super ordinamus, quod duo funebra pallia alterum nigri coloris auro  
 contextum pro Prælati, & nobilibus, & alterum ex veluto, etiam ni-  
 gro pro Clericis, & laicis, quæ eidem Hospitali obtulimus supra cap-  
 sam in qua decedentium corpora ad sepulturam deferantur ponan-  
 tur, & in eodem Hospitali conseruentur. Item in vnus cuiusque ca-  
 daueris alicuius Confratris defuncti expen. quidam dicti Hospitalis  
 aderunt faces duodecim, & quatuor candelabra argentea condecen-  
 tia, quæ etiam dicto Hospitali obtulimus, & in cuiuslibet eorundem  
 Confratrum obitu, seu sepultura sexdecim erunt indui camisijs, etiã  
 nigris, & fratres dicti Hospitalis cum pallio facibus, & candelabris di-  
 ctum cadauer, vsque ad sepulturam associabunt. Itē statuimus, quod  
 perpetuò qualibet quinta feria per circulum anni, nisi solemne festū  
 sit impedimento, quo adueniente die præcedenti vna Missa de San-  
 cto Spiritu cum collecta pro defunctis, & pro omnibus Cōfratribus,  
 tunc viventibus, vt omnipotens Deus illuminet eorum mentes, atq;  
 sua misericordia eis cuncta peccata indulgendo aboleat, & similiter  
 secunda feria, & si festum impediatur tertia, vel alia feria pro animabus  
 omnium Confratrum defunctorum celebretur alia Missa solemnitas  
 cum pallio nigro supra archam in medio Ecclesiæ locandum, & qua-  
 tuor luminaribus in eisdem quatuor candelabris argenteis volentes,  
 quòd quando aliquem Confratrum eorundem ab humanis decedere  
 cōtigerit, quàm primum opportunitas se offerret pro remedio eius  
 animæ specialiter celebretur vna Missa adhibita solemnitate. Et quo-  
 niam ad manutentionem charitatiuę Hospitalitatis pauperum, &  
 infirmorum, aliarumque miserabilium personarum pro tempore  
 confluentium ad Hospitale prædictum, & qui ad illud exponuntur  
 infantium, vtriusque sexus in numero copioso conseruationē, quoq;  
 bonorum, & iurium eiusdem Hospitalis præsentia prouidi, & timo-  
 ratę conscientie noscitur esse plurimum opportuna motu scientia, &  
 auctoritate prædictis, statuimus, & ordinamus; quod de cetero perpe-  
 tuis futuris temporibus Hospitale ipsum semper per proprium re-  
 gatur Præceptorem qui in illo resideat, & illius curę, ac regimini pro-  
 posse diligenter intendens per se ipsum solitam in ibi exerceri faciat  
 cum integritate opera charitatis, & nemini possit, aut valeat Hospi-  
 tale ipsum commendari, seu in administrationem concedendam hor-  
 tandam successores nostros Romanos Pontifices qui pro tempore  
 erunt,

Indulgenti  
plenaria.

Electo cō-  
fessoris Cō-  
fratris.

Decretū ne  
in suspē-  
nib<sup>9</sup> cōpræ-  
hendatur.

erunt, ut occurrente vacatione Hospitalis eiusdem conseruetur, & augeant in dies, & à concessione illius in commendam, aut administrationem alicui, etiam Sanctę Romanę Ecclesię Cardinali prorsus abstineant non ignari, quod si secus egerint cum Hospitali ipsum eorum curę specialiter sit commissum, & illius bona sint pauperum languentium, & expositorum infantium propter hoc, adhuc viuentes, tã ipsi successores nostri, quã qui illud in cõmendam, vel administrationē huiusmodi recipiēt, & cõsentiēt eidē omnipotētis Dei indignationē incurrēt, & præter illa, quæ permissione diuina in hoc sæculo incommoda propterea indubitanter ferent, de huius nostri statuti transgressione in extremo tremendo iudicio, & districto examine rationem reddere tenebuntur coram Deo, quod enim nobis licere, nõ patimur eisdem nostris successoribus iudicamus, hæc enim omnia supra scripta per viscera nostri eiusdem Redemptoris obseruari iniungimus, & obseruantibus sit pax, & dilectio in Deum infragentibus, verò ex malitia adsit eis indignatio, vsque ad condignam pœnitentiam. ¶ Decernentes, & declarantes nostrę intentionis esse, per quas cunque similibus gratiarum, & indultorum Ecclesijs, & quibusvis Collegijs, siue Confraternitatibus cõcessorum speciales, vel generales suspensiones per nos, vel Sedem eandem hætenus factas, sub quibus forsitan præsentis literæ, & in illis contenta includi viderentur de cætero faciendas præsentis literas, & illarum effectum non suspendi, & in illis comprehendi non posse, aut debere, sed omnia in eisdem literis cõtenta semper, & inconcussa in suo robore permanere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, ordinationibus, ac literis Apostolicis, necnon priuilegijs, & indultis quibusvis Hospitalibus, ac alijs Ecclesijs, & locis, siue Collegijs, & Confraternitatibus per nos, & Sedem eandem concessis hætenus, & impofterum concedendis, quæ illis alias in suo robore mansuris, quatenus alicui præmissorum alicui contrariarentur, quoad hoc viribus vacuamus, etiam si de illis, ac totis tenoribus specialis, & expressa, ac de verbo ad verbum mentio habenda foret, cæterisque contrarijs quibuscunque. Et, ut præsentium literarum, & gratiarum tenor plenius innotescat omnibus volumus, quod dictus Præceptor præsentis literas, vel earum transumptum autenticum in valuis dicti Hospitalis singulis annis dicta secunda die solemnitatis Pentecostes affigi facere, & affixas tenere debeat tota die. Nulli ergo omnino hominũ liceat, hæc paginã nostrę confirmationis, approbationis, cõmunitationis, cõstitutionis, erectionis, creationis, ordinationis, ingressionis, statuti, adiectionis, concessionis, præceptionis, hortationis, decreti, iniunctionis, & elargitionis, sanctionis, iudicationis, declarationis, vacationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, eius se nouerit Incursum. Dat. Romę apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicę M.CCCCLXXVII. duodecimo Cal. April. Põt. nostri, anno septimo, EGO

**E**GO Sixtus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus, intravi sanctam Cōfraternitatem Hospitalis nostri sancti Spiritus, die xxj. Martij, millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo. Benedicens omnibus, & singulis auctoritate Dei omnipotentis, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & nostra omnibus, & singulis ut dictum est, qui eandem Confraternitatem intrabunt, siue fuerint Prælati, siue clerici, siue laici, cuiuscunque sexus concedimusque eis, ut in mortis articulo possint, & valeant nostra auctoritate plenariè absolui, ab eorum Confessoribus pariformiter, & semel in vita. Et eadem manu concedimus omnia, & singula in Bullis nostris contenta, & ego Sixtus Papa IV. supra scripta propria manu scripsi, & eadem me subscripsi.

Absolutio plenaria in mortis articulo.

Et semel in vita.

**S**IXTUS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Promissionis nostræ decet prouenire subsidio, ut ius suum cuique conseruetur. Hinc est, quòd nos tenorem quarundam literarum, se. re. Eugenij Papæ IV. prædecessoris nostri, in registro ipsius repertum pro eo, quòd sicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Præsentium, Visitatorum, Abbatum, Priorum, Rectorum, & Monachorum Congregationis sanctæ Iustinæ nuncupatorum, Ordinis sancti Benedicti petitio continebat, ex literis originalibus prædictis Bulla plumbea, eis appesa casualiter, cecidit de registro huiusmodi de verbo ad verbum transcribi, & ad ipsorum supplicatium præsentibus annotari fecimus, qui talis est.

Sanctæ Iustinæ.

### *Bulla sanctæ Iustinæ.*

**E**VGENIUS Episcopus, seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Etsi ex debito ministerij Pastoralis officij, quibuslibet personis regularem vitam professis, nos deceat esse in suis opportunitatibus, & commodis fauorabiles, & benignos Congregationem, tamen Monachorum de Observantia sanctæ Iustinæ, Ordinis sancti Benedicti ob laudabilis vitæ merita, & virtutum incrementa, tanquam nouellam plantationem à nonnullis annis, citra in præfato ordine renascentem ad cuius incrementum, & bonum regimen, etià dudum in minoribus constituti eramus impendimus opem, & operam efficacem, eo nunc ad apicem Summi Apostolatus assumpti propensiori charitate complemento, quo præciosiores, atque vberiores fructus per eorum labores, & operam diligentem conspiciamus in populum Domini prouenire cupientes igitur, ut Monachi ipsi eo quietiori animo valeant reddere altissimo vota sua, ac pro salute fidelium exorare, quò fuerint amplioribus per Sedē Apostolicam priuilegijs, gratijs, & indulgijs communiti Motu proprio, non ad ipsorum Monachorum, aut alicuius alterius super hoc nobis oblata petitionis instans, sed de nostra mera liberalitate, dilectos filios Cōgregationem prædictam, eiusque Præsentem, Visitatores, Abbates, Priores, Rectores, Monachos, Conuersos, Commissores, Nuncios, & personas, atque eorum

Sanctæ Iustinæ.

Exemptio plenissima

Capellanos, qui pro tempore fuerint: etiam curam habentes anima-  
rum, necnon familiares, & seruitores ipsorum, qui nunc sunt in præ-  
dicta Congregatione, & in futurum pro tempore erunt, ac etiam ip-  
sius Monasteria, Prioratus, & loca, quæ nunc sunt, & ita posterum Cō-  
gregationi prædictæ quodocunque vniri, vel incorporari, seu subij-  
ci, vel aggregari contigerit, necnon omnia, & singula dictorum Mo-  
nasteriorum, Prioratum, & locorum, vt præmittitur præsentium,  
& futurorum Ecclesias, Capellas, etiam si ipsis cura animarum immi-  
neat Oratoria, manualia, membra, fortalicia, ædificia, villas, grangias,  
vineas, oliueta, hortos, syluas, nemora, prata, pascua, piscationes, mo-  
lendina, aquas, aquarum, decursus, iura, iurisdictiones, prædia, posses-  
siones, quaslibet, & bona quæcunque, quæ in præsentibus sunt, & in futu-  
rum erunt dictæ Congregationis, atque omnia, & singula per eorum  
vocabula fines valores quantitates, & qualitates, hic haberi volumus  
pro sufficienter expressis, à quoruncunque Legatorum, Delegatorum,  
& Subdelegatorum, necnon Nunciorum Apostolicæ Sedis, ac Vica-  
riorum, Rectorum, & quorumuis Officialium Romanæ Ecclesiæ, ac  
etiam Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, electorum, ad-  
ministratum, & aliorum quoruncunque iudicum ordinariorum,  
quouis nomine, & potestate fungentibus, & locorum, ordinariorum,  
iurisdictione, auctoritate, potestate, dominio, visitatione, & correctio-  
ne. Ita, quòd in dictam Cōgregationem, vel eius singulares personas,  
seu benefactores occasione beneficiorum, eisdem collatorum ab eis,  
aut quia subditi eorum cum huiusmodi Monachis conuersantur, seu  
ab eis recipiant absolutionis beneficium, & Eucharistiæ Sacramentum,  
necnon in Monasteria, Prioratus loca, & personas in eis degentiū ra-  
tione delicti excessus, seu contractus, aut rei de qua agitur, vbicunque  
iniatur contractus, seu delictum committatur, aut res ipsa consistat  
excommunicationis, suspens. & interdicti, aut alias quasvis sententias,  
nisi de speciali commissione Sedis Apostolicæ, & indulto huiusmodi,  
ac Congregatione ipsa mentionem expressam faciente quomodolibet  
directè, vel indirectè ferre, seu promulgare nõ possint. Decernent.  
ex nunc quicquid in contrarium factum fuerit irritum, & inane nul-  
liusque fore roboris, vel momenti de speciali dono gratiæ, & plenitu-  
dine potestatis, tenore præsentium prorsus eximimus, & totaliter li-  
beramus, illaque omnia, & ipsorum quodlibet in ius, & proprietatē  
beati Petri, & Sedis eiusdem, ac sub eorū protectione specialiter sus-  
cipimus, ac nostra retento nobis, & Ecclesiæ Rom. annuo censu in  
Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum annis singulis nobis, & Came-  
ræ Apostolicæ resoluendo, auri vnciæ vnus in singulis perpetuæ li-  
bertatis, & exemptionis, quòd si huiusmodi legati, aut ordinarij, seu  
personæ supradictæ contra prædictæ, vel aliquod prædictorū non so-  
lum facere, seu attentare quomodolibet præsumplerint, & requisiti  
per ipsius Congregationis Prælatos, vel Monachos, seu per notifica-  
tionem præsentis priuilegij, vt desistant, & si id facere neglexerint in  
fra tres dies à die requisitionis siue notitiæ, vt præfertur eo casu, ipso  
facto sententiam, excommunicationis incurrant. Et nihilominus, quòd  
a iter



aliter actum est, ipso facto sit irritum, & inane, & nullius efficaciam roboris, vel momenti. Insuper cum contigerit fieri Concilia Prouincialia, seu Synodalia, etiam Apostolica, vel quauis auctoritate firmata, seu quauis congregationes quouis nomine censeantur Ecclesiasticarum, vel laicarum personarum, cuiuscunque dignitatis, aut status existant prefati Prælati, seu Monachi ad ea ire, seu mittere, nisi ad ipsius Congregationis Capitulum Generaliter celebrandum, aut alias iuxta earum ordinationes, nullatenus compelli possint, etiã per literas Apostolicas, non facientes specialem mentionem de indulto huiusmodi, præordinatæ Congregationi concessio, nec Congregationis personæ huiusmodi, quod in eorū locis Missæ, aut alia diuina Officia celebrētur ordines cōferantur, vel agitētur causę ciuiles, vel criminales processiones conuocentur, aut synodus conuentus, seu quauis congregationes, tam Ecclesiasticarum, quàm laicarum personarum deputentur astringi, seu cogi aliquo modo valeant contra quæ omnia, aut aliquod prædictorum quauis persona cuiuscunque conditionis; ut præfertur, aut status existat attentare præsumens, nisi facta ei de indulto huiusmodi notitia destiterit, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. ¶ Et ne quodocunque in posterum Reges, Principes, Barones milites, nobiles, laicales personæ, Communitates, Vniuersitates, Magistratus, Rectores, & Officiales Ciuitatum, terrarum castrorum, & Diocesum diuersarum Monasterijs, Prioratibus locis, Capellis Ecclesijs, manualibus, grangijs, Castris, possessionibus, ac bonis, necnon Prælati, & Monachis ipsius Congregationis gabellas, taglias, datia collectas impositas onera, etiam ad pontium refectionem, & viarum reparationem, & alia via, & diuersa grauamina inferre inducere, & imponere, aut inducta, vel imposita exigere præsumant districtius prohibemus, ac sub excommunicationis, atque maledictionis æternæ, quam à noticia præsentis indulti, nisi destiterint incurrant mandamus. Non obstantibus si dictis secularibus, vel quibuslibet alijs personis communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod illa imponere, seu exigere valeant, etiam ab exemptis per se, vel alios quoquomodo, aut interdicti suspensæ, vel excommunicari, seu ultra, vel extra certa loca ad iudicium euocari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto, huiusmodi ex certa scientia ipsa congregatione specialem mentionem. ¶ Commitentes in super, ac per Apostolica scripta tenore præsentium, mandamus omnibus, & singulis delegatis, subdelegatis, & Nuncijs Apostolicis, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac Rectoribus vniuersis præsentibus, & futuris in quorum Diocesi sunt, & erunt in futurum loca, & personæ huiusmodi quatenus præfata loca, ac etiam personæ in eis degentes, & eorum bona talibus, collectis, impositionibus, gabellarum, subsidijs, & charitatiuis, aut quibusuis alijs oneribus realibus personalibus, seu mixtis, etiam per eandem sedem indictis concessis, seu datis, aut permissis, seu indicendis, aut concedendis de cætero grauari quoquomodo permittant contradictores per censuram Ecclesiasticam, & alia iuris remedia appellatione postposita compes-

Ad Synodū  
ire nō tenē  
tur.

Cogi ad  
hac ne-  
queant.

Immunitas  
ab im-  
positionib;

Excommu-  
nicatio, &  
maledictio

Commitentes

Ab imposi-  
tionibus  
Apostolicis

A charitati-  
ui subsidij  
solutione.

A visitatio-  
ne, &c.

A primitijs  
& decimis.

cendo. ¶ Insuper, ut liberius, & commodius necessitatibus suis pro-  
uidere ac specialiter, & pauperum subuentioni vacare possint volu-  
mus, & decernimus Monasteria, Prioratus, loca, manualia, grangias,  
possessions, & bona quæ in præsentibus sunt ipsius congregationis, &  
erunt in futurum, ac Prælatos, Monachos, & præfatas personas ab  
omni impositione, exactione collecta decima subsidio, aut alio quo-  
cunque grauamine quouis nomine censentur per nos, aut successo-  
res nostros faciendo, seu imponendo, necnon à quorumcunque occa-  
sione legatorum, etiam de Latere Subdelegatorum Nunciorum Apo-  
stolicorum ordinariorū Diocesanoꝝ, seu alterius cuiuscunq; etiā  
Apostolica, seu quavis auctoritate, tam impositorum, quam impo-  
nentium, per literas Apostolicas non facientium plenam, & expressam, ac de ver-  
bo ad verbum de indulto huiusmodi, ac congregatione ipsa mentio-  
nem specialem, necnon à charitatiui subsidij, & alterius cuiuscunq;  
oneris realis, & personalis, vel mixti solutione de cætero prorsus excep-  
tos liberos, & immunes fore, ita ut cogi, vel inquietari per dictas per-  
sonas, aut alias quascunq; pro huiusmodi oneribus, & impositioni-  
bus, grauaminibus, & exactionibus, solutionibus, minimè possint, &  
debeant, necnon ab omnibus, & censuris redditibus, & pro. & solutio-  
nibus ratione visitationis, aut subiectionis quocunque iure hæctenus  
debitis, aut in futurum debendis quibuscunq; ordinarijs, aut Capitu-  
lis, Collegijs, Congregationibus, Vniuersitatibus, aut alijs quibuscunq;  
personis de eiusdem plenitudine potestatis omnino liberamus, & pe-  
nitus absoluiamus. Non obstantibus præscriptionibus, constitutioni-  
bus, & consuetudinibus, statutis, decretis, & priuilegijs Apostolicis  
quibuscunq; in contrarium facientibus de quibus specialis, & ex-  
pressa, ac de verbo ad verbum esset mentio facienda. Cæterum de qui-  
buscunq; possessionibus vbi libet constitutis, quæ in præsentibus sunt,  
vel in futurum erunt Monasteriorum, Prioratuum, & bonorum præ-  
dictorum, quæ præfati Prælati, Monachi, vel personæ colunt, seu co-  
li faciunt, aut in futurum colent, seu coli facient, siue de hortis virgul-  
tis, piscationibus eorundem, vel de nurrimentis animalium ipsorum,  
nullus ab ipsis, vel ab alijs pro eis primicias, decimas, quartesias, aut  
alio quocunque nomine censentur exigere, vel extorquere præsu-  
mat, nec illas aliquibus soluere teneantur, siue ad id à quo, quam di-  
rectè, vel indirectè compelli possint in vim generalis Concilij, & qui-  
buscunq; alijs Apostolicis, vel Prouincialibus, aut Synodalibus Cõ-  
stitutionibus, nequaquam decernentes ex nunc irritas, & inanes quos-  
cunque processus, & sententias, etiam interdicti quos, & quas contra  
inhibitiones nostras huiusmodi per quemuis, aut quavis auctoritate  
ferri contigerit, aut quomodolibet promulgari. ¶ Quòdque præ-  
fatae Congregationis, Monasteria, & loca hæreditates legata, & fidei-  
commissa per mediam personam Monachorum, aut alias qualiter-  
cunq; delatas bona mobilia, & immobilia in quibuscunq; Ciuitatibus,  
& locis, quouis titulo acquirere ipsi Monachi, & personæ petere, &  
exigere possint præfata bona vndecunq; & qualitercunq; eis debi-  
ta, & quæ si in seculo remansissent ius petendum, & exigendum ha-  
berent

berent ipsis eorum Monasterijs acquirenda quibuscunque statutis, ordinationibus, & decretis cuiusvis Ecclesiasticæ, seu secularis personæ Communitatis, Collegij, siue Vniuersitatis, aut alterius cuiuscunque status, gradus, dignitatis, officij, & auctoritatis existat, nullatenus, obseruantibus præsentium literarum seriem statuimus. Præterea quascunque possessiones bona iura, & iurisdictiones ad ipsa Monasteria, seu Ecclesiam Capellas oratoria, & Hospitalia, tam præsentia, quam futura ipsius congregationis in quibuscunque partibus constituta spectantia, & pertinentia quorum nomina, & cognomina, hic haberi volumus pro sufficienter expressis, quæ in præsentiarum Monachi Congregationis huiusmodi, iustè, & canonicè possident, seu in futurum concessione Pontificum largitione Regum, & Principum oblatione fidelium, vel alijs iustis modis præstante Deo poterint adipisci ipsis, Monasterijs, Capellis, Oratorijs, seu Hospitalibus præsentibus, & futuris firma rata, & illibata seruari volumus decern. quod nulli omnino hominum liceat præfata Monasteria, seu loca, vt præfertur res, & bona mobilia, siue immobilia possessiones, domos, aquas, molendina, piscarias, iura, seu iurisdictiones temerè perturbare, aut illa, vel eorum aliquod auferre, vel ablata retinere occupare, seu quibuslibet vexationibus fatigari, quòd si aliqua Ecclesiastica secularisue persona cuiuscunque status, gradus, vel conditionis existat, etiam si Pontificali dignitate præfulgeat contra hoc nostræ exemptionis, liberationis, decreti, concessionis, defensionis, conseruationis, & libertatis indultum venire dicta bona iura iurisdictiones, exemptiones, & indulta, vel aliquid eorum, violando, occupando, turbando, vel diminuendo, seu indebitè fatigari præsumpserit, nec facta ei noticia de huiusmodi nostro indulto, infra tres dies se correxit, aut idoneam cautionem de satisfaciendo præstiterit communicationis sententiam, ipso facto incurrat à qua, nisi dicta satisfactione præstita, præterquam in articulo mortis, ex nunc de satisfaciendo per se, si superuixerit, aut per suos hæredes, & successores idonea præstita cautione, nequeat absolutionis beneficiũ obtinere. Insuper cū plerũq; cõtigerit iniuria, aut negligẽtia Prælatorũ, qui hæc n<sup>o</sup> bona Monasteriorũ dictæ Cõgregationis, ante quã præfate Cõgregationi vnirẽtur gubernarunt, aut postmodum ex ignorãtia, seu aliqua uis causa, plerique ipsorum Monasteriorum bona in præiudiciũ animarum suarum indebitè detineri, & occupari præsertim sub colore præscriptionis, aut alias quocunque modo ex quo non modica iactura consuevit præfatis Monasterijs euenire. Nos volen. eis de remedio opportuno prouidere in fauorem obseruantia regularis ex certa scientia, motu proprio, ac de plenitudine potestatis Apostolicæ volumus, statuimus, & decernimus, quòd contra præfate Congregationis, Monasteria, loca, personas, & bona aliqua non currat præscriptio, nisi post lapsum sexaginta annorum, quòd quidem indultum, tã in casibus rebus, & bonis præteritis, quam futuris potestate, & scientia similibus extend. & locum habere omnino volumus non obsta. quibuscunque in contrarium facientibus. Prohibemus insuper, ne ali-

Contra violatores.

Prescriptio  
nō currit nisi  
post. lxx  
annos.

qui cuiuspiam, status, gradus, vel conditionis existant personas, quæ de iure communi religionem ingredi non prohibentur ex seculo fugientes, & ad conservationem huiusmodi Congregationis venire cupientes verberibus, aut molestijs quibuscunque impedire, vel prohibere, aut à Monasterijs, & locis, ipsius Congregationis, præsentibus, & futuris iniuriam aliquam ingredi volentibus, aut recipientibus irrogando, siue eos molestando huiusmodi personas euellere, seu extrahere audeant, vel præsumant. Contrafacientes vero, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, dum tamē cum hoc præsens statutum fuerit eis ad notitiam deductum non destiterint à prædictis à qua non possint, præterquam in mortis articulo, nisi per Sedem Apostolicam absolutionis beneficium obtinere. ¶ Præterea ad obstruendas vias, quibus præfati Monachi, extra Congregationem huiusmodi in eorum præiudicium animarum vigori possint prohibemus omnes, & singulas personas, Ecclesiasticas, & seculares, cuiuscunque status, gradus, vel conditionis existant, & quacunque præfulgeant dignitate, vel auctoritate, ne quæpiam ex Prælati, vel Monachis Congregationis prædictæ, penes se obsequiorum, vel seruitiorum, aliquorum, seu Monasteriorum super obtentu, aut si absque licentia suorum superiorum ad se diuerterent, seu alia quavis causa, etiam occasione arctioris vitæ Ordinis, vel Religionis à dicta Congregatione abstrahere, seu etiam ad se spoñ. venientes in quibus de huiusmodi persona, ac Cōgregatione nominatim, & expressé mētio facta nō fuerit, absq; cōsensu generalis Capituli, seu præsidētis, & maioris partis visitorū Cōgregationis eiusdē, sub pœna excoicationis, quā ipso facto incurrāt, si facta eis notitia dehmōi priuilegio, infra tres dies personā Cōgregationis huiusmodi, nō restituerint cū effectu, vel à se realiter abiecerint à qua sententia, nisi in mortis articulo, aut Sede Apostolica recipiē. & recepti absolui non possint. Non obstantibus quarumcunque Religionum, vel Ordinum, aut alterius cuiusvis personæ priuilegijs, & indultis quibuscunq; de quibus esset specialis, ac de verbo ad verbū mentio faciēda, quibus omnibus volumus nominatim, & specialiter per huiusmodi indultum, quo ad præmissa derogare. Insuper tranquillitati eorum intendentes ne hi, qui Marthæ circa plurma satagentes officium dimiserunt eligentes potius cum Maria, circa pedes Domini residere, ad audiendum verbum illius causarum turbinibus perturbentur, si contingat aliquem literas Apostolicas Commissarias de administranda iustitia executione faciēda, visitatione exercēda, aut alia quavis causa ad aliquem Prælatum, vel Monachū dictæ Congregationis directas impetrasse, nisi huic indulto expresse specialiter, & nominatim derogetur, ad huiusmodi causas talium obtentu literarum, præter eorum liberam voluntatem procedere, vel eas exequi minimè teneri indulti huiusmodi, tenore decernimus. ¶ Planè ne Prælatos, & Monachos huiusmodi, etiam causarum strepitus inquietet, & ab ocio sancto deducat, ne quis præfatos Monachos, & personas de huiusmodi Congregatione subire de calumnia vitanda, & veritate dicēda iuramentum, aut ad deferendum testimo-

Nē cogatur  
esse iudices

Nec tētes.

nium,

nium, quacunque causa compellat inuitos, siue extra Diocesim, & Ciuitates suas trahatur, seu in eos, vel eorum aliquem propterea excommunicationis, vel alterius censuræ, seu pœnæ sententiam proferratur per literas Apostolicæ Sedis, vel legatorum eius, nisi in eisdem literis de huiusmodi indulgentia plenaria, & expressa, ac de verbo ad verbum facta fuerit mentio specialis, eadem auctoritate indulgemus, excommunicationis, suspensionis, aut interdicti, aut alias sententias, si quas in eos, vel aliquem eorum contra indultum huiusmodi promulgari contingerit decernentium presentium tenore irritas, & inanes. Prælatorum verò Monachorum, conuersorum, Commissariorum, ac nouitiorum ipsius congregationis testimonia in causis ipsorum civilibus, & criminalibus in iudicio, extra legitima sint, & iuridica, & vt eis liberè, & licitè, vti possint concedimus per presentes. Adijcientes etiã, quòd si quodocunque contigerit per aliquem ad plures actus contra huiusmodi, aut quæcunque alia decreta, priuilegia, indulta, gratias, & immunitates præfatæ congregationi concessa, aut ipsorum aliquod à quocunque cuiuscunque conditionis, dignitatis, status, seu gradus existat ex negligentia, vel ignorantia presentium, & futurorum, quibus ea conceduntur, vel alia quauis causa aliter attentari, vel obseruari ignoranter, vel scienter nullum tamen per hoc præiudicium, decretis, priuilegijs, indultis, gratijs, & immunitatibus præfatis volumus generari, sed illa in suo robore, & vigore permanere. Non obstantibus Constitutionibus, & alijs Concilijs à se. recordationis Innocentio IV. ac Martino V. necnō alijs Sūmis Pontificibus prædecessoribus nostris æditis, constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam si de illis specialis, & expressa, ac de verbo ad verbum presentibus mentio habenda esset, quibus quoad præmissa specialiter derogamus, necnon Monasteriorum, Prioratum, & ordinum prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, cæterisque in contrarium facientibus quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginã nostræ exemptionis, liberationis, susceptionis, commissionis, mandati, inhibitionis, absolutionis, voluntatis, constitutionis, prohibitionis, concessionis, adiectionis, statuti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare, præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Dat. Florentiæ anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo trigesimo quarto, septimo Cal. Martij, Pontificatus nostri anno quarto.

Ne per contrarios a quo præiudiciū generetur.

Dependens

**C**AETERVM, vt ipsarum literarum tenor prædictus, sic incertis omnimodam rei, seu facti certitudinem faciat Apostolica auctoritate decernimus, vt illud idem robur eisdemque vim, & vigorem tenor prædictus per omnia habeat, quæ haberent originales literæ supra licetæ, & eadem prorsus ipsi tenori, sic autentico fides adhibeatur, quæcunque, & vbicunque in iudicio, & alibi vbi fuerit exhibitus, vel ostensus, ac eidem stetur in omnibus, sicut dictis originalibus literis

literis staretur, si forent vna cum expensa Bulla productæ exhibitæ, vel  
ostensæ per hoc, aut nullum ius cui, quæ de nouo acquiri volumus,  
sed antiquum si quod, sit tantummodo conseruari. Nulli ergo omni-  
no hominum liceat, hanc paginam nostræ constitutionis, & volunta-  
tis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc at-  
tentare, præsumperit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum  
Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Dat. Romæ  
apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ M. CCCCLXXIII.  
nono Cal. Septembris Pontificatus nostri anno tertio.

Sancti Spi-  
ritus in Sa-  
xia.

Dependen-  
tia.

**S**IXTVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei me-  
moriæ. Alto diuinæ providentiæ Consilio meritis nostris, licet  
inæqualibus Summi Sacerdotij curam gerentes in terris, licet ad vni-  
uersa pia loca, pro illorum felici statu conseruando nostræ indulgen-  
tiæ frequenter dirigimus intuitum, ad Hospitale tamen sancti Spiritus  
in Saxia de Vrbe, Ordinis sancti Augustini: quod sub visceribus no-  
stris continuo versatur, & Sedis Apostolicæ præclarissimum opus ad  
monumentum existit, & alia loca ab eodem dependentia attentiori  
quadam sollicitudine mentis nostræ consideratione intendimus, & tam  
Hospitale, quam loca prædicta sine quibus, vt experientia docere po-  
test grandis infantium expositorum, & languentium multitudo de-  
periret in suis priuilegijs, & consuetudinibus valeant, absque vlla cõ-  
tradictione inuolabiliter obseruari, licet à tanto tempore, citra cuius  
contrarij memoria hominum nõ existit in germania, in diuersis alijs  
mundi partibus obseruatum fuit, & de præsentis consuetudine inuio-  
labili comprobante obseruetur, quod dilecti filij Fratres Ordinis  
sancti Augustini Hospitalium, & locorum ab eodem Hof-  
pitali nostro dependentium, sub vocabulo sancti Spiritus Deo  
militates pro subventionibus, & elemosynis à Christi fidelibus  
habendis, & in vsus necessarios, & opportunos infantium ex-  
positorum, & aliorum infirmorum, & languentium conuertent. per  
Ciuitates, Villas Castra oppida, & alia loca cum campanellis in mani-  
bus dantibus sonitum ad excitandum fideles ipsos ad pias largiones  
prædictas liberè, & sine aliquo impedimento, quoties eis fuerit op-  
portunum expedire videtur ire, & redire, nec non animalia, & præfer-  
tim porci, qui eisdem fratribus pro similibus sustentatione, & pijs  
causis in elemosynam elargiuntur, & cum campanellis auribus ap-  
pensis per easdem Ciuitates, oppida Castra, villas, & loca, alia vt simi-  
li largitione nutriantur discurrere tutè, & liberè cõsueuerint, & Hof-  
pitale nostrum prædictum, & reliqua loca ab eo dependentia pluri-  
bus, & diuersis, tam nostris, quam prædictorum nostrorum Roma-  
norum Pontificum priuilegijs muniantur, tamen non sine graui no-  
stri animi displicentia nuper ad nostrum peruenit auditum, quò nõ-  
nulli Præceptores, & fratres domorum, & Ordinis Sancti Augustini,  
sub vocabulo Sancti Antonij de Vien. in partibus illis quæstantes,  
seu quæstas facientes, siue liuore, seu nimia cupiditate commoti, qua-  
si eis per dictos fratres Sancti Spiritus quæstuant. percipiatur utilitas  
per-

eosdem fratres Sancti Spiritus, super consuetudine eundi per Ciuitates, oppida Castra, villas, & alia loca predicta cum campanellis in manu illius sono Christi fideles ad eleemosynas inuitantes multipliciter perturbare, & ne porci cum eisdem campanellis per Ciuitates Castra, oppida loca predicta discurrant impedire nituntur in graue preiudicium Sancti Spiritus, & per consequens infantium expositorum, & aliorum pauperum, & languentium ad Hospitalia, & loca Sancti Spiritus huiusmodi declinantium pariter, & iacturam. Nos igitur attendentes antiquam consuetudinem huiusmodi, & quanto fauore predecessores nostri Rom. Pont. primi fundatores dicti Hospitalis Sancti Spiritus in Saxia, quod nos proximis temporibus a fundamentis aedificijs amplissimus instaurauimus, ac bonis temporalibus multipliciter auximus, & ampliamus, eiusque priuilegijs Apostolicæ Sedis communiuimus, & alia loca ab eodem Hospitali depen. semper fuerint prosequuti. Et praesertim quia deuotio fidelium erga istos magis, quam alios inclinatur nullatenus impedire debet, ne contingat ex inde fideles ipsos a pijs operibus cessare, & deuotio ipsa frigescent ex praemissis, & alijs criminibus nobis notis motu proprio non ad ipsorum Praeceptorum, seu fratrum, sub vocabulo Sancti Spiritus, huiusmodi, vel aliorum pro eis nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, quod omnes, & singuli fratres quoruncunque Hospitalium domorum, & locorum a dicto Hospitali nostro Sancti Spiritus in Saxia dependē tam in germania, quam alijs quibuscunque partibus per quascunque Ciuitates Castra, oppida, villas, terras, & loca cum campanellis in manibus Christi fideles, quoslibet ad erogandum, & exhibendum eis pias eleemosynas sono campanellarum huiusmodi excitare, & eleemosynas huiusmodi petere, & habere, ac in vsus expositorum pauperum, & infirmorum praedictorum conuertere, necnon porcorum eorum per Ciuitates Castra, oppida, villas, terras, & loca a predicta ad hoc, vt a fidelibus ipsis pia largitione nutriantur cum campanellis auribus appensis mittere, & ire, & discurre, etiam permittere liberē, & licitē possint, & valeant, quod si Fratres Sancti Antonij Viennē. ac omnes, & singuli, qui Fratres Sancti Spiritus, huiusmodi super his quolibet impediuerint, seu molestauerint, quo minus cum campanellis pias eleemosynas, vt praefertur quærentes, & eorū animalia cū eisdē campanellis trāsmittētes, vt praefertur cuiuscunque dignitatis, status, gradus, vel conditionis fuerint sententiam, excommunicationis eo ipso incurrerint auctoritate Apostolica, tenore praesentium, & irrefragabili, & perpetuo valitura constitutione facimus statuimus pariter, & decernimus. ¶ Ac vniuersis Patriarchis, & Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Decanis, Archidiaconis, & alijs Ecclesiarum Praelatis, & personis Ecclesiasticis praesertim Ecclesiarum Rectoribus, & eorum vices gerentibus in virtute sanctæ obedientie, & sub poena suspensionis, & excommunicationis districtè precipiendo iniungimus, vt Praeceptores, & Fratres, eorumque Nuncios predictos sancti Spiritus, & membrorum eiusdem ad eorum Ecclesias, Ciuitates, terras, & loca,

De campanellis.

Dependē Impediētes

Perpetuū Prælati foueāt ne impediāt in signaferre

Et mēbro-  
rum.  
Cum notis  
Et sanctua-  
rijs.  
Conuocēt  
Populum.  
Conferua-  
tores in  
Germania.

quęcunq; accedentes ad quęrendum eleemosynas, & pia suffragia  
huiusmodi cum eorum notis, siue campanellis sonantibus, & sanctua-  
rijs subsequētib; benignę, & charitatiuę recipiant, & pertractent,  
ac populū eis creditū, vtriusq; sexus dū, & prout desuper per eos fue-  
rint requisiti in vnū cōuocēt locū ad audiēdū, quę proponere volue-  
rint cū eis. ¶ Et nihilominus dictis Fratri. Maguntinensi, & Treuen.  
Archiepiscopis, sacriq; Romani Imperij electoribus, ac Argētino Epif-  
copo pręsentibus, & futuris mādamus quatinus ipsi, vel duo, aut vnus  
eorum per se, vel alium, seu alios pręmissa, vbi quando, & quoties ex-  
pedire cognouerint fuerintq; desuper pro parte Pręceptoris, & Fra-  
trum Hospitalis sancti Spiritus, & membrorum prędictorum, aut  
Nunciorum, eorundem legitimę requisiti, solemniter publicantes fa-  
ciant auctoritate nostra eosdem Pręceptorem, & Fratres, ac de prę-  
missa omnia, vt pręfertur eis concessa recipi, & admitti, ac concessio-  
rum huiusmodi vsu, & pacifica quasi possessione gaudere non permit-  
tatis eos super his, per quoscunq; quauis auctoritate impediri, seu  
quolibet molestari contradictores, auctoritate nostra appellatio-  
ne postposita compescendo inuocato, etiam ad hoc, si opus fuerit  
auxilio brachij secularis. Non obstantibus constitutionibus, & ordina-  
tionibus Apostolicis, & quibusvis literis, & priuilegijs contrarijs Ab-  
bati dicti Monasterij sancti Antonij, ac Pręceptoribus, Magistris, Re-  
ctoribus, Fratribus, & Nuntijs, Pręceptoriarum, & Hospitalium ab  
eodem Monasterio dependentium prędictis, & quibusvis alijs con-  
cessis quibus illa, etiam si de eis eorum, & in illis contentis derogato-  
riarum, derogatorijs fortioribus clausulis de quibus, ac eorum toto  
tenore, seu quauis alia expressio habenda foret, & in eis caueretur ex-  
presse, quod eis nullatenus derogare censeretur, nec derogari posset,  
nisi sub certis inibi expressis modo, & forma, ac conceptione verbo-  
rum, sicque iudicari, & interpretari mandaretur sublata, quauis ali-  
ter interpretandi, & iudicandi facultate, & auctoritate cum Irritanti  
decreto, si secus fieret pręsentibus pro expressis, & insertis de verbo  
ad verbum habentes illis alias in suo robore permansuris, quoad prę-  
missa specialiter, & expresse derogamus; quodque si forsan lis aliqua  
super pręmissis inter ipsos Pręceptorem, & Fratres Hospitalis san-  
cti Spiritus, & membrorum eius prędictorum, aut aliquem, seu ali-  
quos ex eis, ac Abbatem Monasterij sancti Antonij prędicti, seu Prę-  
ceptores, Magistros, Rectores, & Fratres Pręceptoriarum, & Hospi-  
taliū ab eodem Monasterio dependētium prędictorum indecisa, in  
quauis etiam appellationis instantia pendere diceretur in Romana  
Curia, vel extra eam, etiam si coram aliquo Auditore causarum no-  
stri sacri Palatii Apostolici, seu quocunq; alio Auditore statum, etiā  
si ea ad cōclusionem processuum foret pro expresso habemus, quam  
que ad nos aduocamus, & litem penitus extinguimus eandem, seu  
si Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Prę-  
positis, Pręceptoribus, Magistris, & Fratribus prędictis, ordinis san-  
cti Antonij prędicti, vel quibusvis alijs communiter, vel diuissim á Se-  
de Apostolica indultum existat, quod interdici, suspendi, vel excom-  
mu-



municari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressum, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. ¶ Et quia difficile foret præsentem literas ad singula loca, in quibus Præceptor, & Fratres prædicti sancti Spiritus, illis indigerent deferre volumus, & auctoritate Apostolica decernimus, quod earum transsumpto sigillo alicuius Prælati Ecclesiastici, aut causarum Camere Apostolicæ Generalis Auditoris munito, & manu Notarij publici subscripto, & signato eadem prorsus detur fides in iudicio, & extra ubi fuerit exhibitum, vel ostensum, quæ daretur presentibus originalibus literis, si exhiberentur ibidem. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ sanctionis, statuti, constitutionis, mandati, derogationis, aduocationis, extinctionis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare, præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Dat. Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M.CCCCLXXXII. sexto Id Junij, Pontificatus nostri anno vndecimo.

**SIXTVS** Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Dilecto filio Pio de Ruere, Præceptori Hospitalis nostri sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, Ordinis sancti Augustini, salutem, & Apostolicam benedictionem, religionis zelus vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio nos inducunt, vt tibi reddamur ad gratiam liberales, ac ad ea fauorabiliter intédamus, per quæ Hospitale nostrum sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, Ordinis sancti Augustini, quid in visceribus charitatis gerimus, & alias temporum vetustate in suis ædificijs totaliter elapsam impensis à fundamētis de nouo fecimus reparari, & in redditibus, quam plurimum augeri salubriter dirigi, & vtiliter valeat gubernari. Dudum siquidem omnes Præceptorias Conuentuales ordinum quoruncunq; tunc vacanti, & in antea vacaturas, collationi, & dispositioni nostræ reseruauimus decernentes, ex tunc irritum, & inane, si secus super his, à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignorāter contingeret attentari, cum itaque postmodum Præceptoriam dicti Hospitalis, quæ Conuentualis existit, & quam quondam Innocentius Flavius de Ruere ipsius Hospitalis Præceptor, dum viueret obtinebat per obitum eiusdem Innocentij, qui Curialis non Episcopus in dicta Vrbe, in qua propriū domicilium habebat diem clausit extremum, apud Sedem Apostolicam vacauerit, & vacet ad præsens, nullusque de illa præter nos hac vice disponere potuerit, siue possit reseruacione, & decreto obsistentibus supradictis nos sperantes, quòd tu, qui Monachus Monasterij sancti Pauli de Vrbe, Ordinis sancti Benedicti, Congregationis sanctæ Iustinae de Padua, ac vt accepimus Ordinem ipsum sancti Benedicti, per longa tempora vitam laudabiliter duxisti gratia, tibi suffragante diuina eidem Hospitali, ac ipsi religioni esse poteris plurimum vtilis, ac etiam fructuosus. Ac volentes tibi, quem etiam dilecti filij Conuentus dicti Hospitalis, ad quos cessantibus reseruacionibus Apostolicis ele-

ctio

44.  
atio personæ idoneæ in Præceptorem dicti Hospitalis de antiqua ap-  
probata, ac tenusque obseruata consuetudine pertinere dignoscitur  
die ad eligendum præfixa, vt moris est coram nobis conuenientes in  
vnum pro electione futuri eorum Præceptoris procedentes vocatis  
omnibus, qui voluerint, & potuerint huiusmodi electioni commode  
interesse in eorum, & dicti Hospitalis Præceptorem, ac in ipsorum re-  
ligionis Generalem Magistrum, concorditer elegerunt præmissorum  
meritorum tuorum intuitu gratiam facere specialem, teque à qui-  
busvis excommunicationis, lætæ sententiæ censeñ. Motu proprio nõ  
ad tuam, vel alterius pro te nobis super hoc oblatae petitionis instan-  
tiam, sed de nostra mera liberalitate Præceptoriam prædictam, vt ca-  
put à qua enim Hospitalis domus sancti Spiritus de Corneto, ipsius  
Hospitalis membrum, & vnitum per dictum Innocentium, & eius  
prædecessorem teneri solitum dependet, quod seu quam pro potio-  
ri cautela dictæ Præceptorie sancti Spiritus de Vrbe, perpetuò vni-  
mus annectimus, & incorporamus, ac omnes aliæ Præceptorie eius-  
dem Religionis per Fratres dicti Ordinis teneri solitæ dependent cu-  
iusque, & Præceptorie domus de Corneto, prædictum fructuum red-  
dituum, & prouentuum verum annum valorem præsentibus, habe-  
ri volumus pro expresso, siue præmisso, siue alio quouis modo, aut ex  
alterius cuiuscunque persona, seu per liberam resignationem dicti In-  
nocentij, vel cuiusvis alterius de illa in Romanâ Curia, vel extra eam,  
etiam coram Notario publico, & testibus spontè factam, aut consti-  
tutionem felicitis recordationis Ioannis Papæ XXII. prædecessoris no-  
stri, quæ incipit: Execrabilis, vel assencionem alterius Beneficij Eccle-  
siastici, quauis auctoritate collati vacet, etiã si tanto tempore vaca-  
uerit, quòd eius collatio, iuxta Lateranens. statuta Concili ad Sedem  
Apostolicam legitimè deuoluta, ipsaq; Præceptorie dispositioni Apo-  
stolicæ specialiter, vel alias ex quauis causa, etiam de necessitate ex-  
primenda generaliter reseruata existat, eique cura imminuat anima-  
rum super ea, quoque inter aliquos lis, cuius statum præsentibus ha-  
beri volumus pro expresso pendeat indecisa, cum omnibus iuribus  
pertinentibus suis Apostolica, tibi auctoritate ex certa nostra scien-  
tia conferimus, & de illa, etiam prouidemus. Teque religioni prædi-  
ctæ, & illius domorum Præceptoribus, Rectoribus, Fratribus, & per-  
sonis præficimus, vt Præceptorem generalem decernentes, prout est  
irritum, & inane si secus super his, à quoquam quauis auctoritate scie-  
ter, vel ignoranter attentatum forsitan est hætenus, vel imposterum  
contingerit attentari. Quocirca venerabilibus Fratribus nostris Osti-  
si, & Portuensi, ac Prænestinensi Episcopis per Apostolica scripta mo-  
tu, & scientia similimus mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus  
eorum per se, vel aliū, seu alios te, vel procuratorē tuū, tuo nomine in  
corporalē possessionē Præceptorie Hospitalis huiusmodi iuriumq; &  
pertinentiū prædictorū inducāt auctoritate nostra, & defendant inductū  
amoto exinde quolibet detractore, prout etiã nos per presentes induci-  
mus faciētes te, vel pro te Procuratorē prædictum ad Præceptoriam  
Hospitalis, vt est moris admitti, tibi que de illius fructibus, redditibus,

prouentibus, iuribus, & obueñ. vniuersis integrè responderi, ac à Con-  
 uentu præfatis, ac alijs Præceptoribus, Prioribus, & Fratribus dicti  
 Ordinis Sancti Augustini, obedientes, & reuerentes congruentes.  
 Necnon dilectis filijs, vassalijs, & subditis dicti Hospitalis consueta  
 seruitia, & iura tibi ab eis debita integra exhiberi contradictores per  
 censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non  
 obstañ. piæ memoriæ Bonifacij Pap. VIII. etiam prædecessoris no-  
 stri, & alijs Apostolicis constitutionibus, ac statutis, & consuetudini-  
 bus Præceptoris Hospitalis, ipsiusque Religionis, & Ordinis Sancti  
 Augustini prædictorum iuramento confirmatione Apostolica, vel  
 quauis firmitate alia roboratis contrarijs quibuscunque, aut si aliqua  
 super prouisionibus, sibi faciendis de pœnitentijs huiusmodi specia-  
 les, vel alijs beneficijs Ecclesiasticis in illis partibus generales dictæ  
 Sedis, vel Legatorum eius literas impetrarint, etiam si per eas ad in-  
 hibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit  
 processum, quibus omnibus te in assecutione Præceptoris Hospitalis,  
 huiusmodi volumus anteferri, sed nullum per hoc eis, quo ad asse-  
 cutionem Præceptoriarum, vel beneficiorum aliorum præiudicium  
 generari, seu si Præceptoribus, Fratribus, ac Conuentui præfatis, vel  
 quibusvis alijs communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum,  
 quòd ad receptionem, vel prouisionem alicuius minimè teneantur,  
 & ad id compelli, aut quòd interdici suspendi, vel excommunicari  
 non possint, quòdque de Præceptoris huiusmodi, vel alijs beneficijs  
 Ecclesiasticis ad eorum colationem, prouisionem, præsentationem,  
 seu quamuis aliam dispositionem coniunctim, vel separatim spectan-  
 tibus nulli valeat prouideri per literas Apostolicas non facientes ple-  
 nam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mē-  
 tionem, & qualibet alia dictæ Sedis Indulgentia generali, vel specia-  
 li cuiuscunque tenoris existat, per quam præsentibus nō expressam,  
 vel totaliter non insertam effectus, huiusmodi gratiæ impediri va-  
 leat quomodolibet, vel differri, & de qua cuiusque toto tenore haben-  
 da, sit in nostris literis mentio specialis. Volumus autem quòd illum  
 gestes habitum, qui in dicto Hospitali geritur, & habetur, ac eius re-  
 gularibus institutis te conformes. Ac insuper, vt Hospitale prædictū  
 de bono in melius dirigatur, & auctore domino felicibus proficiat in-  
 crementis aliorum prædecessorum nostrorum Roman. Pont. vesti-  
 gijs inherentes motu auctoritate, & scientia similibus, statuimus, de-  
 cernimus pariter, & ordinamus: quòd de cætero perpetuis futuribus  
 temporibus occurrente vacatione Præceptoris Hospitalis, huiusmo-  
 di Conuentus, huiusmodi in vnum conuenientes debeant electionem  
 de Præceptore futuro, quibusvis pactioibus semotis cum consilio,  
 tamen, & auctoritate, ac præsentia protectoris pro tempore existen-  
 tis dicti Hospitalis facere, & sic electum Roman. Pont. pro tempore  
 existenti canonicè intranti præsentare, qui illum debeat confirmare.  
 Quodque similiter vnum ex venerabilibus fratribus nostris Sanctæ  
 Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, quotiescunq; dictum Hospitale care-  
 re contigerit protectore in protectorem eligere, & illum eidem Ro-  
 man.

Immunitas  
ab omni on-  
nere.

Exemptio.

Etiā quo  
ad curā ani-  
marum.

Aliasimme-  
diatē.

mañ. Pont presentare confirmandum mandantes in virtutē sanctę  
obediētię Præceptoris pro tempore existenti dicti Hospitalis, vt tam  
pueros, quā puellas, qui ibidem pro tempore exponuntur, quem-  
admodum ad pium patrem spectat manuteneat, tamquam filios, &  
conseruet, illosq; & illas sub optimis disciplinis instruere studeat, vt  
sic apud Deum meritum, & apud homines laudem consequi mereat-  
tur. Concedentes insuper motu scientia, & auctoritate similibus, tam  
Hospitalis prædicti, quā omnium aliorum eius membrorum, & lo-  
corum in obediētia subiectiōe, correctiōe, & omnimoda disposi-  
tiōe Præceptoris dicti nostri Hospitalis Sancti Spiritus in Saxia de  
Urbe, solum, & duntaxat existentium ab eodem dependentium Præ-  
ceptoribus, Prioribus, seu Rectoribus pro tēpore existentibus, quod  
de relictis, & obuenientibus eis ratione legatorum, & funeralium, seu  
alias qualitercunque, etiam ratione dictarum Præceptoriarum, mem-  
brorum, & locorum, factorum ad soluendum aliquam quartam spe-  
cialē, seu Parochialem, neque aliquam gabellam passum, seu im-  
positionem, & quoduis aliud onus, etiam occasione rerum bonorum  
fructuum, & animalium dicti Hospitalis Sancti Spiritus de Vrbe, in  
quibus locis deinceps perpetuis, futuris temporibus non teneantur,  
nec ad id a quoquam inuiti compelli, aut coarctari possint, aut va-  
leant. Præterea, vt Præceptores, & fratres prædicti quietius, & libe-  
rius sua vota altissimo exsoluere, & Præceptorie Ecclesie Hospita-  
lis, & alia loca eorum a dicto Hospitali de Vrbe, vt supra dependen-  
tia melius, & salubrius gubernari possint, quo Sedis eiusdem fuerint  
præsidio communita Hospitale prædictum, illiusq; modernum, &  
pro tempore existentem Præceptorem, ac Conuentum Fratres, &  
personas, ac familiares omnes, eorumq; quomodolibet, ac alias Præ-  
ceptorias membra Hospitalia, & loca ab ipso Hospitali nostro de-  
pendentia, illorumque similiter Præceptorias, Fratres, Conuentum,  
& personas, necnon Castra, terras, oppida, illorumque vassallos, &  
subditos, bonaque omnia, & singula mobilia, & immobilia, quæ ad  
præsens possident, & in futurum largiente domino poterunt adipif-  
ci, sub beati Petri, & dictæ Sedis, ac nostra protectione motu auctori-  
tate, & scientia prædictis suscipimus, ac ab omni iurisdictione supe-  
rioritate, visitatione, correctiōe domino, & potestate, Ordinariorū,  
& eorum Vicariorum, & Officialium quoruncunque, etiam quoad  
Curam animarum ipsius, & Ecclesijs eis subiectis imminentem per-  
petuò penit<sup>9</sup>, & omnino, eximim<sup>9</sup>, & totaliter liberamus, ac prorsus  
exemptos, & liberos, exemptaq; libera fore, ac nobis, & dictæ Sedi  
duntaxat immediatē, quo ad omnia subiacere eorundem Præcepto-  
ris, & Conuentus Hospitalis Sancti Spiritus de Vrbe, iurisdictione,  
superioritate, potestate, & præeminētia semper saluis, decernimus,  
& declaramus, ita quòd Ordinarij, Vicarij, & Officiales prædicti, etiā  
ratione delicti contractus, aut rei, de qua agetur, vbicunq; committa-  
tur delictum iniatur contractus, aut res ipsa consistat in eos, vel in ea  
tanquam prorsus exempta iurisdictionem dominium, & potestatē,  
aut superioritatem quomodolibet exercere, aut excommunicatio-  
nis

nis suspens. vel interdicti alias ve sententias, censuras, & pœnas pro-  
 mulgare, nec ipsi Præceptores, Fratres, & personæ coram illis, aut di-  
 ctæ Sedis delegatis, vel subdelegatis pro tempore directis, nisi de præ-  
 sentibus literis specialis, & expressa mentio fiat ad iudicium euocari,  
 aut quouis modo directè, vel indirectè inquietari, vel molestari pos-  
 sint, nec debeant quoquomodo decernentes omnes, & singulos pro-  
 cessus, sententias, censuras, & pœnas, quos, & quas contra exemptio-  
 nem liberationem, susceptionem decretum, & declarationem huius-  
 modi forsan haberi, & promulgari, necnon, quicquid secus super his  
 à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit. At-  
 tentari irrita, & inania, nulliusque roboris, vel momenti, ac pro ma-  
 iori Hospitalis Præceptoris, & aliarum Præceptoriarum, ac membro-  
 rum, & fratrum, & aliarum personarum, subditorum, & vassallorū,  
 prædictorum fauore, & quiete, etiam motu, & scientia similibus cō-  
 cedentes eisdem, quòd de cetero perpetuis futuris temporibus, om-  
 nibus, & singulis prerogatiuis, exemptionibus, immunitatibus, liber-  
 tatibus, conseruatorijs, priuilegijs, gratijs, & indultis præfatæ Congre-  
 gationi Sanctæ Iustine, illorumque Monasterijs, locis, membris, &  
 personis per Sedem prædictam, vel alias quomodolibet in genere, vel  
 in specie concess. aut imposterum concedend. quorum omnium te-  
 nores, ac si de verbo ad verbum infererentur haberi volumus pro  
 sufficienter expressis vti potiri, & gaudere liberè, & licitè in omni-  
 bus, & per omnia possint, & debeant perinde, ac si eis specialiter con-  
 cessa fuissent, quæ ad eos, & ea omnino extendimus, & ampliamus.  
 Et insuper eisdem Episcopis, etiam motu, & scientia similibus, man-  
 damus quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu  
 alios faciant dicta auctoritate nostra, eosdem Præceptorem, Conuen-  
 tus, Fratres, & personas, Præceptorias, Ecclesias, Oratoria, membra  
 Hospitalia, aliaque loca prædicta, sub obedientia, correctione, potesta-  
 te, & auctoritate, Præceptoris Hospitalis Sancti Spiritus de Vrbe, &  
 capituli existē. exemptionis, & libertationis huiusmodi pacifica pos-  
 sessione gaudere, ac præmissa omnia, & singula, vbi, & quando expe-  
 dierit solemniter publicantes, ac Præceptoribus, Conuentibus, Fra-  
 tribus, & personis, Præceptorijs, Ecclesijs, Oratoris, membris, Hospi-  
 talibus: atque locis prædictis in eisdem præmissis, efficacis, defensio-  
 nis præsidio assistē. non permittentes eos, eas, vel ea, seu eorum ali-  
 quam, vel aliquod per Ordinarios, Vicarios, & Officiales prædictos,  
 seu quoscunq; alios contra præsentium tenorem, directè, vel indire-  
 ctè quouis quæsito colore impedire, seu quomodolibet molestari im-  
 pedientes contradictores, quoslibet, & rebelles per censuras Ecclesia-  
 sticas, & alia iuris remedia opportuna cum censurarum prædictarum  
 aggrauatione, & reaggrauatione appellatione postposita compescen-  
 do inuocato, etiam ad hoc, si opus fuerit auxilio brachij secularis.  
 Non obstant. præmissis, ac nostra super expressione fructuum red. &  
 pro beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ vniuntur, & quibus, ac cō-  
 missione desuper ad partes fienda, necnon recol. me. Innocen. Papæ  
 VIII. similiter prædecessoris nostri contra exemptos, quæ incipit vo-  
 lentes,

Privilegijs  
 ete lustris

Cōseruatores  
 refo

lentes, & alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon de quibusvis Conuentualibus, ac alijs per nos, vel Sedem prædictam pro tempore factis generalibus reservationibus, ac statutis, & consuetudinibus supradictis contrarijs quibuscunque. Aut si ordinarijs, Vicarijs, & Officialibus prædictis, vel quibusvis alijs cõmuniter, vel diuisim, ab eadem sit Sede indultum, quod interdici suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet alijs pactis, & conuentionibus, necnon priuilegijs, indultis, & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus, ac præscriptionibus, etiam longissimi temporis quoruncunque tenorũ existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus eorumque totis tenoribus habenda, sit in nostris literis mentione specialis, quæ quo ad hoc volumus aliquatenus suffragari. ¶ Cæterum, quia difficile foret præsentibus literas ad singula, quæque loca, in quibus expediens foret deferre volumus, atque decernimus, quòd ipsarum literarum, ac omnium, & singulorum priuilegiorum dictæ Congregationis sanctæ Iustinæ, seu Apostolicarum, & quaruncunque aliarum literarum, de super confectarum transsumptis manu alicuius publici Notarij, inde rogati subscriptis, & sigillo Auditoris Camerae Apostolicæ, vel præfati Præceptoris dicti nostri Hospitalis de Vrbe unitis ea prorsus fides in iudicio, & extra, ac alias vbilibet adhibeatur, quæ præsentibus literis, ac priuilegijs, ac literis dictæ Congregationis adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ, ac priuilegia, & literæ Congregationis prædictæ eidem Hospitali de Vrbe, illius membris Præceptorijs, Præceptoribus, Fratibus, ac alijs personis concessa, & pro eis expedita fuissent. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ absolutionis, vnionis, annexionis, incorporationis, collationis, prouisionis, constitutionis, mandati, voluntatis, statuti, decreti, ordinationis, concessioñ. susceptioñ. exemptionis, liberationis, declarationis, indulti, extensioñ. ampliatioñ. infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare, præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Dat. Romæ apud sanctum Petrũ, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo octuagesimo tertio, octauo, Id. Februarij, Pontificatus nostri anno tertio decimo.

Trãssumpti fides.

Sancti Spiritus in Saxia.

**B**ONIFACIUS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Dilectis filijs Magistro, & Fratibus Hospitalis nostri sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, salutem, & Apostolicam benedictionem in Hospitali nostro, quod felicitis recordationis Innocentij. Papa III. prædecessor noster non solum pro sua, sed prædecessorum, & successorum suorum, & Fratrum suorum Episcoporum, Prælatorum, & Diaconorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, tã viuorum, quàm defunctorum, salute animarum Ecclesiã sanctæ Mariæ

ria in Saxia de Vrbe, ex eleemōsynis eiusdem Romanæ Ecclesiæ solemniter noscitur construxisse, sic faciente misericordiarū patre misericordiæ vacetur operibus, quos nos ad exercitium operum deputati hospitalitatem, per quam nonnulli Deo Domino placuerunt, ut & angelos hospitio recipere mererentur charitatiuè sectantes in eodem Hospitali pauperes, & infirmos benignè recipitis, vnusquisque opportunitatibus subtrahentes, non solum illis, tam viuentibus, quā deficientibus opportuna humanitatis obsequia exhibitis, sed etiam Apostolicæ concurreñ. quo ad eos singulis septimanis pluribus diebus indifferenter admittitis, multisque alijs, quos pudor à publici quæstus incerta mendicitate coerces eleemosynas vberes erogatis expositos, quoque infantes pietatis amica voluntate suscipitis, & eis educandis vestris sumptibus personas deputatis idoneas liberaliter ipsorū, victui necessaria largiētes his, itaq; & alijs bonis operibus, per quæ in eodem Hospitali sancto afflante spiritu Domino deseruitur, per dilectum filium Magistrum Matthæum, sanctæ Mariæ in Porticu Diaconum Cardinalem, cui Hospitalis eiusdem, necnon membrorum, & locorum subiectorum, eidem Cura gubernatio, & Rectoria in spiritualibus, & temporalibus per Sedem Apostolicam sunt commissæ diligentius nobis expositis assertioni suæ, non solum fama cōsentiēte, sed laudabili, ac Deo placita facti euidētiæ concordatiæ consideramus, quòd in hjs scriptis opem congruam impendendo pauperibus, & egenis opitulamur innumeris, quibus per Hospitalitatis obseruanciam, & eleemosynarum affluentiam pro eodem Hospitali subuenitur. Necnon vos Magister, & Fratres præsentis, & futuri domus eiusdem Hospitalis, à quorumlibet Prælatorum potestate, & iurisdictione per Sedem Apostolicam sitis exempti, & eidem Ecclesiæ Romanæ, nullo pertineatis medio eo saluo, quòd clerici eiusdem Ecclesiæ sanctæ Mariæ, debent ex mandato dictæ Sedis Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe in Baptismo Letania Scrutinio. Nos attendētes, tam sancta, quā grata Deoque accepta opera, quæ in Hospitali prædicto iugiter exercentur, & cupientes, ut ad ea efficacius exequenda reddamini operis nostri suffragio aptiores omnia, & singula Hospitalia, membra, Ecclesias, Oratoria, Capellas, domos, & alia Ecclesiastica, siue pia loca ad præfatum Hospitale sancti Spiritus mediatè, vel immediatè spectant. præsentia, & futura, quæ quidem præsentia in diuersis mundi, partibus consistentia proprijs duximus, exprimēda vocabulis, videlicet in Regno Siciliae sancti Spiritus de Diano; & sancti Laurentij extra Dianum, sanctæ Mariæ de Campo Damesæ, sancti Quirici, & sancti Spiritus de Claro Monte Ecclesias in Dioccesim caput aqueñ. Ecclesiam sancti Apostolorum Philippi, & Iacobi in Ciuitate Marsiæ, Hospitale sancti Spiritus cum Capella, Hospitale sancti Spiritus de Asculo cum Capella, Hospitale sancti Spiritus de Aquilla cum Oratorio, Hospitale sancti Spiritus de Adria cum Oratorio, & Ecclesiam sancti Claudij de Teramo de Ciuitate Penneñ. de Theate, & de Piscaria Hospitalia cum Oratorijs eorundem, & sanctæ Mariæ de Tassete, ac sancti Quirici de Lauretio, Ecclesias Teatineñ. & Pe-

Exéptio

neñ. Diocesis in Diocesim Marficam. sancti Nicolai, & sancti Ruffini  
de Ferrato Hospitalia sancti Leonardi, & sancti Tercij de Pissina, san-  
cti Honofrij de Paterno, sancti Leonardi de Valle Tergiu, sancti Pe-  
tri de Pazanñ. Ecclesias in Diocesis Valuen. Ecclesiam sancti Spiritus  
ultra villam in Campania Hospitale, sancti Spiritus de Anagnia cum  
Capella Ecclesiam sancti Aegidij de Rapello Tusculanñ. Diocesis Ec-  
clesiam sancti Nicolai de Tibure Neresinñ. Diocesis sancti Ihdonei,  
sancti Leonardi de Septem Veris, sancti Andree de Castro Portiani,  
S. Helia de Castro, sancti Helia, & sancti Andree de Insulas Ecclesias  
in Diocesim Sutrium in Castro, sanctæ Pupæ, sanctæ Mariæ, & san-  
cti Blasij Ecclesias cum Oratorio, sanctæ Mariæ de Flora in Ciuitate,  
& Diocesi. Ciuitatis Castellañ. sancti Angeli, sancti Hypoliti, & sancti  
Leonardi Pontisgrandinati, & de Turatce Ecclesias in Ciuitate Or-  
tanñ. Ecclesiam sancti Blasij cum Capellis dependē. ab eadem in Ciui-  
tate, & Diocesim Narinenñ. Ecclesiam sancti Ioannis, & Ecclesiã san-  
cti Ioannis de Vtriculo, Hospitale sancti Spiritus de Viturbio, Hos-  
pitale sancti Spiritus de Corneto in Dioces. Vlfeneñ. Hospitale san-  
cti Spiritus de Casulis in Dioc. Aretiñ. Hospitale sancti Spiritus de  
Quirico, Hospitale S. Spiritus de Florentia cum Oratorijs suis, in  
Ducatu Spoletañ. Eccles. sancti Cōrandi in Marchia Anconitanñ. Hos-  
pitale sancti Spiritus de Eteculo in Capella in Castro officæ, sancti Ia-  
cobi, & sancti Euthicij Eccles. in Patriarchatu Aquilegieñ. Hospitale  
sancti Spiritus cum Eccles. de Collibus Clemone in Burgundia, sancti  
Spiritus de Diuione, de Dole, de Vvruodoro, de Varro, de Sancta Se-  
uera, de Bismutino, de Nouo Fore, de Fimento, de Calci, de Nouo Ca-  
stro, de Stullo, & de Valli Colore Hospitalia cum eorum Capellis in  
Regno Alemanix de Steffelt, de Vvnupina, de Viennenñ. de Cōmidia  
de Menuci, de Craconia, & sancti Spiritus de Stetuna Hospitalia cum  
Capellis, & Eccles. eorundem in Anglia Eccles. omnium Sanctorum  
Vvoritel. cum Capellis dependē. ab eadem Londonieñ. Diocesis in  
Prouincia Narboneñ. sancti Spiritus de Monte Pessulano, sancti Spi-  
ritus Fontis Londoue, & sancti Spiritus de Clapo Malatalha Hospita-  
lia cum Capellis subiectis, & dependē. ab eisdem in Prouincia Auxi-  
tanñ. sancti Spiritus iuxta Sanctam Seueram, sancti Spiritus de Mal-  
burgheto, & Sancti Spiritus de Parducano Hospitalia cū Capellis eo-  
rūde in Prouincia Burdegal. de Brager. de Pōte Bono. & S. Fide Hospi-  
talia cū Capel. eorūde in Prouin. Bituriceñ. S. Spiritus de Confluēto,  
S. Spiritus de Amiliano Hospitalia cū Oratorijs, & subiectis Capellis  
eorundem, in Prouincia Arclateñ. Sancti Spiritus Auraficeñ. & San-  
cti Spiritus de Boazone Aqueñ. Hospitalia cum Oratorijs, & Capel-  
lis subiectis eisdem in Prouincia Arclateneñ. sancti Spiritus de Argē-  
taria Vinarieñ. Dioc. cum Oratorio suo in Prouincia Terra Coueñ.  
Hospitale sancti Spiritus Illerdeñ. cum Oratorio suo in Prouincia  
Toletaneñ. S. Spiritus Segouieñ. de S. Stephano de Soria, de Valisterra,  
de Valtra, & de laemia Hospitalia cū Eccles. & Capellis subiectis eis-  
dem ab omni iurisdictione, potestate, auctoritate, & dominio quorū-  
libet ordinariorum, & aliarum Ecclesiasticarum personarum totali-  
ter,



ter, & perpetuò, ex certa scientia prorsus eximimus, & liberamus, ac in ius, & proprietatem Beati Petri suscipimus statuentes, vt Hospitalia, membra, Ecclesias, Oratoria, Capellas, domos, & alia Ecclesiastica, siue pia loca prædicta, vel eorum aliquod, vtpote prorsus exempta nullus prædictorum ordinariorum, vel Ecclesiasticarum personarum, interdicere, suspendere, vel excommunicare valeat, seu quocunque modo alias in ea, & ipsorum personas, potestatem, vel iurisdictionem aliquam exercere decernentes irritum, & inane, si secus super his, à quoquam contigerit attentari per præmissa verò Cardinali præfato, & alijs Cardinalibus, qui pro tempore auctoritate Apostolica Hospitali memorato præfuerint, nullum volumus præiudicium generari, quo ad ea, quæ ipsis eadem auctoritate cõcessa sunt, vel imposterum concedentur. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ exemptionis, liberationis, protectionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare, præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Dat. Ananiæ quinto. Cal. Augusti, Pontificatus nostri anno primo.

**B**ONIFACIUS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, dilectis filijs Magistro, & Fratribus, Hospitalis nostri Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, salutem, & Apostolicam benedictionem sollicitudinem vestram circa opera charitatis intendam dignis in domino laudibus cõmendantes illis petitionibus, quas Ecclesiæ Romanæ pro continuis arduis, huiusmodi operibus interdum porrigitis libenter exauditionem ianuam aperimus, hinc est, quòd nos vestris supplicationibus inclinati ad instar felicitis recordationis Alexandri Papæ III. prædecessoris nostri vobis auctoritate præsentium indulgemus de blado, vino, lectis, pannis, & animalibus, quæ fideles Christi vobis ad vsus pauperum Hospitalis nostri pro animarum suarum remedio in vltima voluntate relinquunt nulli teneamini canonicam portionem, seu iustitiam exhibere districtius inhibeñ. ne quis à vobis prætextu petitionis, huiusmodi de præmissis aliquid exigere, vel extorquere præsumat, ac etiam decerneñ. excommunicationis, suspensæ & interdicti sententias, si quas in vos, vel aliquem vestrum, & occasione contra tenorem præsentis indulgere ferri contigerit irritas, & inanes. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ approbationis, inuouationis, decreti, concessionis, indulti, extensionis, ampliationis, statuti, ordinationis, præcepti, mandati, voluntatis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Dat. Romæ, apud Sanctum Petrum decimo, Cal. Decembris Pont. nostri anno tertio.

Sancti spūs  
in Saxia.

Immunitas  
à cano. portione.

**N**ICOLAUS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, & dilectis filijs, Abbatibus, Prioribus, Decanis,

Sancti spūs  
in Saxia.

Ar-

Nequa con-  
fratria huic  
præponatur

Exemptio.

Excommunicati  
si &c. non  
possunt.

Archidiaconis, Præpositis, Archipresbyteris, & alijs Ecclesiarum, Præ-  
latis, Curatis, & non Curatis, exemptis, & non exemptis, cuiuscunq;  
conditionis existant, quibus præsentis nostre literę peruenerint, salu-  
tem, & Apostolicam benedictionem: cum dilectis filijs Præceptori, &  
fratribus Hospitalis nostri S. Spiritus in Saxia de Vrbe à bo. me. In-  
no. III. Honorio III. Alexandro III. & deinde à nonnullis alijs Rom.  
Pont. prædecessoribus nostris indultum sit, & à nobis postmodum,  
etiam confirmatum, ut semel in anno recipiantur in Ecclesijs ad ele-  
emosynas colligendam. Quidam tamen auaritia succensi Confratrias  
suas, Confratrijs illorum, eadem die in ipsorum aduentu præponant,  
& sic fratres confusi, aut nihil, aut modicum exinde consequuntur.  
Quia igitur hoc indecens est in contentu Dei, & Roma. Ecclesie re-  
dundat eorundem prædecessorum nostrorum vestigijs inherendo vni-  
uersitati vestre per Apostolica scripta mandamus firmiter, & distri-  
ctè iniungimus, sub pœna priuationis beneficij, & officij in virtute  
sanctę obedientię, & sub excommunicationis pœna, quatenus cum  
fratres prædicti ad loca vestra pro eleemosynis colligendis accesserint  
eos benignè recipientes, & honestè tractantes, ipsosque in Ecclesijs  
vestris admonere populum, & eleemosynas, quærere permittatur  
Confratrias vestras, quas facere potestis quotidie Confratrijs ipsorū,  
quæ semel in anno fuerint nullatenus præpon. ne occasione illarum  
eleemosynæ pauperum Christi fidelium depereant, & impediantur  
opera pietatis sanè, quoniam ab eisdem prædecessoribus nostris est  
statutum, & à nobis etiam innouatum est, ut nemo excōmunicet Fra-  
tres ipsos, vel eorum Ecclesias, aut Oratoria interdicat. Nos verò, si-  
cut personam Præceptoris, & successorum suorum prædecessores no-  
stri à iurisdictione, potestate, auctoritate, & dominio, quorūlibet or-  
dinariorum, & aliarum Eccles. & personarū eximere procurarūt, sic  
etiam Fratres membrorum Hospitalium, ab Hospitali nostro præ-  
dicto S. Spiritus in Saxia de Vrbe dependē. ab omni iurisdictione,  
potestate, auctoritate, & dominio quorūlibet ordinariorum, & alia-  
rum Ecclesiasticarum personarum, etiam ad exemplar prædecessorū  
nostrorum totalite, & perpetuó, ac ex certa scientia prorsus eximi-  
mus, & liberamus omnino. Ac eos in protectione Beati Petri suscipi-  
mus: ita, ut nullus interdicti, vel suspensionis, aut excommunicatio-  
nis, sententiam, sine speciali mandato, Sedis Apostolicę, ubi de indul-  
to huiusmodi plenam, & expressam, non fecerit mentionem audeat,  
promulgare præsentium auctoritate vobis præcipimus, ut ipsos Fra-  
tres excommunicari, aut suspendere, aut Hospitalia, eorum mēbra,  
Ecclesias, Oratoria, Capellas, domos, & alia Ecclesiastica, siue pia loca,  
ipsorum interdicere nullatenus præsumatis, seu quoquo modo alias  
in ea, seu ipsorum personas, vel iurisdictionem aliquam exercere de-  
cernentes irritum, & inane: si secus super his, à quoquam quauis au-  
toritate contigerit attentari. ¶ De Parochianis autem vestris, qui  
domos, vel possessiones eorum inuadunt per violētiam, vel insurgūt,  
aut indebitè molestijs opprimunt Fratres, vel ipsorum personas, &  
tam deposita, quam res diripiunt eorundem cum exinde quærimo-  
nia,

nia deposuerint coram vobis, tam districtè eis iustitiam faciatis, & ita iura eorum defendere, & manutenere curetis, quòd ipsi ad nos pro iustitiæ defectu sepe recurrere cogantur, sed nos solitudinè, & obedientiam vestram debeamus meritò commendare, vosque beneficiorum, quæ in sanctis domibus ipsorù fuerint participes existatis. Præterea liberas, & solutas personas, quæ in domibus ipsorum in sanitate, vel infirmitate redierint liberè, & sine molestia recipi permittatis ab eisdem Fratribus contra tenorem priuilegiorum Apostolicæ Sedis, nec ipsos tentetis desuper aliquatenus impedire. ¶ Adhuc præsentium auctoritate vobis præcipimus, ne ab eisdem Fratribus contra tenorem priuilegiorum Apostolicæ Sedis, decimas de terris, vineis, frugibus quas ad opus infirmorum, & pauperum proprijs manibus, & sumptibus excolunt, siue de nutrimentis animalium, seu de fructibus hortorum ipsorum, quicquam exigere, vel extorquere præsumatis cum autem Oratoria, vel Cimiteria secundùm, quòd eis beneficio priuilegiorum Ecclesiæ Romanæ concessimus duxerint construèda, vos Fratres, Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi eisdè pro se, & familia sua tantum Oratoria dedicare, & Cimiteria benedicere procuretis, nec aliquis vestrum contra tenorem priuilegiorum ipsorum illud impedire audeat aliquatenus, aut turbare. Dæcetero, quoque Fratres Hospitalium, & Ordinorum ipsorum in vestris Episcoparibus constitutos, qui crucem, & habitum sum deponentes per illecebras seculi, & vitiorum abrupta vagant. & illos, qui Prioribus suis contumaces existant, & baillinas, seu beneficia, & alia officia detinent contra volùntatem ipsorù moueatis instanter, & pro officij vestri debito cõpellatis, vt habitũ depositũ reassumentes in obedientia Prælatorum suorum deuotè, & humiliter perseuerent, & baillinas, siue beneficia, aut alia officia per violentiam, nullo modo detinere præsumant. Quicumque autem mandatorum nostrorum extiterint cõtemptores, excommunicationis sententia, eos procellatis, quàm faciatis, vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari Prohibemus insuper, vt nulli fratrum ipsorum post factam in locis professionem factis sit, absque Magistri sui licentia inde discedere, nisi arctiori obtenta discedentem verò, absque comunium literarum ipsorum cautione, nullus penitus audeat retinere. Si quis verò fratrũ ipsorum, post factam professionem turbatores, religionis ipsorum, aut inobedientes, vel inutiles fuerint fortasse inuenti, liceat sibi Præceptori, aut successoribus suis, seu etiam Prioribus ipsorum cum assensu, & consilio partis sanioris amouere, ipsisque dare licentiam ad alium ordinẽ transeundi, vbi secundum Deum viuere debeant, & loco ipsorum alios subrogandi, qui vnus anni spatium in ipsorum societate probentur, quo peracto saniores ipsorum exigerint, & ipsi vtilis fuerint ad seruitium Hospitalis inuenti professionem faciant regularem. Adhuc districtius inhibemus, vt ab ipso Magistro, vel successoribus suis, & Fratribus Hospitalium ab Hospitali nostro dependèn. exigat vlla Ecclesiastica secularisve persona homagia iuramenta, vel securitates reliquas, quæ à laicis frequentantur. Volumusque, & mandamus, quate-

Decime ne  
exigantur.

Homagia  
&c. ne exi-  
gantur.  
Prælati suas  
lras ne dene-  
gent nec in-  
dulgentias.  
Tẽpore in-  
terdicti con-

fratres sep̄  
liantur,

Interdictū  
pore audire  
diuina & ce  
lebrare.  
In aduentu  
eorū suspen  
datur inter  
dictum.

Festā dies.

Quæsta accl  
piatur, &  
omnib⁹ præ  
feratur.

Toties quo  
ties eis pla  
cuerit.

Absolutio.

nus cum Fratres, vel eorū Nuntij dicti Ordinis ad vos accesserint, & ab ipsis fueritis requisiti literas canonicatorias favorabiles, & benignas cum vestris moderatis indulgentijs, absq; difficultate qualibet ad sustentationem fratrum, & pauperum favorabiliter, eisdem concedatis. ¶ Apostolica auctoritate, quoque ob reuerentiam ipsorum Hospitalium statuimus, vt in his scriptis, qui fraternitatem eorū assumpserint, si forsan Ecclesiæ ad quas pertinent fuerint interdictæ, ipsosq; mori contigerit sepultura Ecclesiastica eis non denegetur, & hoc sub excommunicationis poena, quam in his literis præsentibus ferimus in his scriptis, nisi excommunicati fuerint nominatim, vel etiam publici vsurarij volumus, etiam, vt liceat ipsis confratres suos, quos Ecclesiæ Prælati, apud Ecclesias suas maliciosè, non perniserint sepelire, nisi excommunicati, vel etiam nominatim interdicti fuerint, aut publici vsurarij ad Ecclesias Hospitalium ipsorum tumultuosos deferre, & oblationes, tam pro eis, quam pro alijs, qui in Cimiterijs ipsorum requiescunt, sine alicuius præiudicio retineri, ad hoc etiam addito, vt receptores fraternitatis eiusdem, vel etiam collectores, saluo iure dominorum suorum, sub Beati Petri, & nostra protectione consistant. Cum autem generale interdictum fuerit, liceat ipsis Fratribus in Ecclesijs ipsorum clausis ianuis, & exclusis excommunicatis nominatim, & interdictis, non pulsatis campanis suppressa voce cõmuniter Fratribus, & sororibus, & familiæ ipsorū diuina officia celebrare. Adijcimus insuper, vt si qui eorūde fratrū ad easdē fraternitates missi fuerint, vel collecti, in quâlibet Ciuitatē, oppidū, castellū, vel vicū aduenierint, iuxta consuetudinē suā auctoritate Apostolica cõcessā, & confirmatā, si fortè locus iste à diuinis fuerit officijs interdictus in eorū iocundo aduētu Eccles. aperiantur pro declaratione literarum Apostolicarum, & necessitate pauperum excommunicatis tamen, & interdictis nominatim electis ibi diuina officia celebrētur ianuis apertis campanæ pulsentur, & corpora mortuorum ibidem Ecclesiastica sepulturæ tradentur, remittunturq; eorum peccata oblita iuxta, quod Sedes Apostolica indulsit, & dies illa, tanquam dies dominica habeatur, & festum solemne studeant facere vniuersi, donec negotium fratrum prædictorum diligenter fuerit expeditum, vt supra acquirendis verbum exhortationis ad populum in Ecclesia proponatur. Date igitur eleemosynam, vt omnia munda sint vobis quoniam eleemosyna à morte liberat, ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire vitam æternam, quoniam sicut aqua ignem ardentem exinguit, ita eleemosyna peccato resistit. ¶ Vobis autem Decanis, Præpositis, Plebanis, Prædicatoribus, Capellanis, Curatis, & non Curatis, exemptis, & non exemptis præcipimus firmiter, & iniungimus sub poena prædicta, quatenus quotiescunque à prædictis fratribus, & orum Nuncijs fueritis requisiti literas indulgentiarum dictum negotium continentibus vestris subditis Parochianis explicare permitatis, toties quoties eis placuerit omnibus alijs quæstis receptis, & recipientibus cessantibus illa die, vbi verbum Dei prædicatur per fratres prædictos. ¶ Volumus specialiter, & districtè præcipiendo mandamus, vt vos

su-

supradicti Prælati, ac Clerici Curam animarum habentes omnes, & singulos quos, & quas dicti fratres, vel eorum Nuncij, iuxta privilegiorum suorum tenorem duxerit absolvendos, ut etiam vos viva voce absolutos esse denunciatis quoniam sunt auctoritate Apostolica verè absoluti plenariè. ¶ Adhuc etiam volumus ob reuerentiam Sancti Spiritus, ut liceat ipsis fratribus in eorum Ecclesijs Missas, & alia quæcunq; diuina officia legere, vel etiam alta voce celebrare, vel per alios Presbyteros idoneos facere celebrari, ac omnibus, & singulis Christi fidelibus, & Cōfratribus pauperibus infirmis in dictis Hospitalibus pro tempore degen. Ecclesiastica Sacramenta ministrare, ac eorum, & aliorum quoruncunq; fidelium corpora mortuorum id eligentium, & petentium in cimiterijs, & Ecclesijs dictorum fratrum Ecclesiasticè tradi sepulturæ, ac verbum Dei in Ecclesijs ipsorum pauperibus ipsis, & infirmis huiusmodi proponere, & proponi facere quoties eis visum fuerit expedire liberè, & licitè valeant super hoc licentia alicuius minimè requisita. ¶ Cum igitur dicti Præceptor, ac Fratres Ordinis Sancti Spiritus, præsentis, & futuri de licentia, & cōmissione, ac concessione Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, licitè possint prædicare populo, & confessiones audire, & pœnitentias salutares iniungere, vel per alios Sacerdotes idoneos facere audire in locis ipsorum ordinis, vel extra ubicunque locorum, quoties eis vsus fuerit pro sustentatione dictorum fratrum, & pauperum, aliorumque Prælatorum, & Rectorum Ecclesiarum, & Sacerdotum Parochialium assensu minimè requisito volumus, & per Apostolica scripta vobis districtè præcipiendo mandamus, quatenus singuli vestrum in Ciuitatibus, & Diocesisibus suis ad receptionem dictorum fratrum, seu Nunciorum ipsorum earundem Ciuitatum, & Diocesim per se, vel alios inquirentes de plano, & sine strepitu iudicij super assertionem, & præsumptionem huiusmodi diligentius veritatem omnes, Magistros, Doctores, & alios, qui siue in scholis, siue in prædicationibus, seu alibi præmissa, & aliquod præmissorum dicere attentauerint, vel imposterum attentabunt pro parte nostra monere studeant, ut infra certum terminum ab ipsis præfigendum eisdem dictum suum in his publicè reuocent malè se dixisse fatentes, illaq; desistant penitus, & retractent asserendo contrarium, & illud etiam fideliter prædicando. ¶ Quòd si fortè monitis eorundem acquiescere in hac parte non curauerint, ex tunc contra eos ad suspensionis excommunicationis, & perpetuæ priuationis beneficiorum suorum Ecclesiasticorum sententiam sublato cuiuslibet appellationis impedimento procedat. Laycos de hoc culpabiles, vel fautores huiusmodi præsumptores animaduersione debita procellant. secularis brachij ad hoc si fuerit necesse auxilio inuocato. Nos verò nihilominus auctoritate præsentium inhibemus, ne quisquam præmissa, vel aliquod præmissorum pertinaciter abstruere, vel quomodolibet defensare præsumat. Quicumque verò id præsumpserit, tanquam contumax Ecclesiæ Ro. & rebellis ab omnibus Christi fidelibus habeatur contra què, etià taliter procedimus, quod pœna condigna temeritati foret, & alij eius

Sacramenta ministrare, &c. licet.

Licite possunt prædicare, &c.

Prælatorum assensus nõ requisitus. In contra dictores.

exem-

exemplo perterriti à præsumptione simili frenabuntur. Ne autem aliquis ex ignorantia, velamen excusationis assumat vobis, vniuersis, & singulis districtè præcipimus, vt ad requisitionem dictorum fratrum Sancti Spiritus, & eorum Nunciorum Sancti Spiritus, in Ciuitatibus, & Diœcesis vestris manentibus literas præsentis, & earum tenores in Ecclesijs, & Synodis sacris publicetis, & faciatis solemniter publicare. Non obstantibus aliquibus personis, vel ordinibus ab Apostolica Sede concessis, quòd interdicti suspendi, vel excommunicari, aut extra suas Ciuitates, & Diœcesis, seu loca in causam trahi non possint per literas Apostolicas, quæ de indulto huiusmodi plenam, & expressam non fecerint mentionem, seu quibuscunque alijs literis, ipsius per quas effectus præsentium impediri valeat, aut differri. ¶ Ad maiorem quoque vestræ mercedis cumulum, nihilominus vobis mandamus, & præcipimus quatenus hanc nostram constitutionem, & nostrum mandatum per Parochias vestras nunciari proprijs literis vestris faciatis. ¶ Mandamus quoque, vt si de Clericis Ecclesiarum vestrarum prædictis Hospitalibus, & Fratibus cum licentia sui Prælati, & Capituli sui spontè, ac gratè per annum, vel biennium decreuerint deservire nequaquam impediuntur, & interim sua beneficia non amittant. ¶ Vos autem memoratos fratres omni beniuolentia, & gratia prosequentes eos, tanquam probatos, & acceptos Christi ministros habeatis pro diuina, & nostra reuerentia propensius, recomendatos, & ipsos ab iniurijs, & molestijs opportunis præsijs contra quoscunque defendendos. Ita quòd ex hoc vobis, & vestris Ecclesijs fortius obligemur. Per præmissa verò conseruatori, & alijs conseruatoribus, qui pro tempore auctoritate Apostolica Hospitali vestro, memorato in Saxia de Vrbe, & alijs Hospitalibus ipsius membri præfuerint nullum volumus præiudicium penitus generari, quo ad ea quæ ipsis auctoritate nostra Apostolica per præsentis concessa sint, vel per prædecessores concessa, aut impostero concederentur. Quicumque autem mandatorum nostrorum extiterint contemptores rebelles inobedientes, aut perturbatores in aliquo excommunicationis sententiam proferatis quam faciatis, vsque ad satisfactionem condignam inuolabiliter obseruari. Postremo decimas, quas consilio, & assensu ipsorum à Clericis, vel laicis potuerint illa obtinere, illasque quas consentientibus Diœcesanis Episcopis, & Clericis, ad quos pertinent acquiruntur auctoritate nostra Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communitus. Nulli ergo omnino hominum liceat prædicta loca Sancti Spiritus perturbare, temerè, aut eorum possessiones auferre, vel ablatas retinere minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integrè conseruentur eorum pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis pro futura de cætero successores nostros obsecramus, & attestamur in Christo Iesu Domino nostro, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, vt locum prædictum in Saxia de Vrbe, cum suis membris personis, & rebus mobilibus, & stabilibus ad Hospitalitatis officium deputatis, tanquam speciales perinde specialiter faueant, & defendant à cunctis pertur-

batio.

bationibus, quasi ceteris teneamur, ex Apostolicæ seruitutis officio providere huic tñ Hospitali nostro in Saxia de Vrbe, quòd bonis Ecclesiæ Ro. fundatum, & dotatum existit, & tam nostris, quàm successorum nostrorum diebus credimus ampliam curam debemus impendere specialem. Si qua igitur Ecclesiastica, secularis vel persona huius constitutionis, inhibitionis, & exemptionis paginam sciens, & contra eam venire, temerè, tentauerit secundo tertiove, canonica monitione præmissa, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit potestatis, honorisque sui careat dignitate, reumq; se diuino officio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à Sacratissimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subiaceat ultioni. Cunctis autem eis præfatis locis, & Hospitalibus sua iura obseruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, qui, & hi fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicium præmia æternæ pacis inueniant, Amen. Datt. Romæ, apud Sanctum Petrum. Idem Martij Pont. nostri anno secundo.

**C**ALIXTVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriã, & si deceat nos expatere charitatis officio, quòd vniuersi familie domus meritis, licet insufficientibus dispensatores effecti, sic de singulis ipsius familie partibus, & maximè de Hospitalibus, & alijs pijs locis cogitare, vt feliciter regantur inter cetera igitur Hospitalia, & alia pia loca Hospitalium nostrum Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe ex eo præcipuè charitate diligimus, ac specialibus fauoribus vberè confouemus, quòd ad Romanam Ecclesiam nullo medio noscitur pertinere, quòdque non solum ipsius, sed etiam membrorum suorum bona in vsus, & ad necessitatis infirmorum, & pauperum iugiter conuertantur, ac alias in Hospitali prædicto laudabilius continuis studijs operibus pietatis intendere circa pauperes, ex diuersis mundi partibus continuo peruenientes, ac etiam infantes expositos, qui si in illo non reciperentur, ac diligentius immitterentur certo multi in huiusmodi, ac miserabilius deperirent. Quam obrem dignum fore cognouimus, & rationi consonum arbitramur, vt Hospitalium, & membra præfata prerogatiua fauoris, & gratiæ prosequi studeatis, vt omnes, & singulas literas Apostolicas priuilegia, & indulta eidem Hospitali, eiusque membris per nonnullos Romanos Pontifices, prædecessores nostros concessa, vt firma, & illibata persistant presentibus de verbo ad verbum inseri fecimus, quæ sunt tenoris subsequenti.

**B**ONIFACIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriã. Hisque pro Ecclesiarum, & Monasteriorum, ac Hospitalium, necnon personarum Ecclesiasticarum, & præsertim, sub regulari vacantium studio piæ vitæ utilitatibus prouidè acta sunt, vt illibata consistant libenter adijcimus Apostolici muniminis firmitatem. Exhibita, si quidem nobis pro parte dilectorum filiorum Magistri Fratris Ioannis de Mallotijs de Vrbe, & Fratrum Hof-

Sancti spūs  
in Saxia.

Canonice  
in Saxia  
recedat  
legit.

Sancti spūs  
in Saxia.

De bonis le  
gatis canoni  
ca portio ne  
exigatur.

Celestinus

pitalis sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, prædicta nobis, & Rom. Eccl. immediatè subiecti petitio continebat, quòd dudum se. re. Celestinus Papa V. prædecessor nost. ipsis auctoritate Apostolica, vt de bonis ips. sis, & Hospitalibus, seu domibus eidem Hospitali subiectis à Christi fidelibus, ad sustentationem pauperum dictorum Hospitalium legatis intuitu pietatis, nullà canonicam iustitiam, seu portionem solvere tenerentur, nec ad id à quoquam coarctari possent gratosè duxit indulgendum, prout in eiusdem prædictis literis inde confectis, quarum tenorem præsentibus inseri fecimus plenius continetur. Quare pro parte Magistri, & Fratrum prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, vt huiusmodi literis, & in eis contentis, robur Apostolicæ confirmationis adijcere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati prædictas literas, ac omnia, & singula in eis contenta, rata habentes, & grata illa auctoritate Apostolica, ex certa scientia confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communitus, tenor verò dictarum literarum talis est.

Canonica  
portio ne  
reddatur de  
legatis.

**C**ELESTINVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Dilectis filijs Magistro, & Fratribus Hospitalis nostri S. Spiritus in Saxia de Vrbe, salutem, & Apostolicam benedictionem: desiderijs vestris in his libenter annuimus, quæ dignè vos possunt à grauaminibus præseruare. Hinc est, quòd vestris supplicationibus inclinati, vt de bonis legatis intuitu pietatis à Christi fidelibus vobis, & Hospitalibus membrorum, seu domorum Hospitali nostro sancti Spiritus subiectorum, ad sustentationem pauperum Hospitalium prædictorum, nullis canonicam iustitiam, seu portionem teneamini soluere, & ad id à quoquam coarctari aliquatenus, nõ possitis auctoritate Apostolica vobis præsentium indulgemus. Nos enim omnes excommunicationum, suspensionum, & interdicti sententias, quas in vos, vel vestrum aliquem, seu aliquos, aut in loca, vel Hospitalia vestra, siue ipsorum Fratres occasione huiusmodi post gratiã, huiusmodi vobis factis latas, vel imposterum proferendas, eo ipso decernimus irritas, & inanes, & aliquatenus non tenere. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre concessionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare, præsumperit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Dat. Romæ apud sanctum Petrum, quarto Cal. Augusti, Pontificatus nostri anno xij.

Sancti Spūs.

**A**LEXANDER Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Venerabilibus fratribus Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filijs, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, & alijs Ecclesiarum Prælati, ad quos literæ istæ peruenerint, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum igitur Magistri, Commendatores, & omnes alij fratres nostri Hospitalis Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, fuerint nobis humiliter supplicati, quòd possint recipere  
fra-



fratres alterius Religionis, propter carentiam fratrum, qui minimè  
vellent exercere, opera charitatis, & pietatis: ideò in virtute Spiritus  
Sancti, concedimus de gratia speciali, quod possint recipere dictos fra-  
tres cuiusvis ordinis, siue religionis fuerint, excepto Ordine Cartusiè  
suum, & dicti fratres possint permutare habitum suum, sine impedi-  
mento alicuius nostri inferioris, & hanc præsentem gratiã volumus,  
& concedimus ad perpetuam rei memoriam valituram. Nulli ergo  
omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ constitutionis, infrin-  
gere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare,  
præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Pe-  
tri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Dat. Avinio-  
ne, duodecimo Cal. Augusti, Pontifi. nostri anno secundo.

**A**LEXANDER Episcopus, servus servorum Dei, ad perpe-  
tuam rei memoriam. Dilectis filiis Magistro Hospitalis S. Marię  
in Saxia de Vrbe, eiusque fratribus, tã præsentibus, quam futuris re-  
gularem vitam, professis imperpetuum, inter opera pietatis, q̄ secun-  
dum Apostolum promissionem habent, viæque præsentis pariter, &  
futuræ Hospitalitates nobis specialiter, & frequenter diuina scriptu-  
ra commendat, utpotè, quæ omnia illa comprehendit, propter quæ  
dñs in ultimæ discussionis examine remuneraturum se bonos, & ma-  
los asserit puniturum, hic enim pascit esurientes, sitientes potat, colli-  
git Hospitales, nudos vestit: & non solum infirmos visitat, sed in se-  
corum infirmitates assumens infirmantium, curam agit in carcere pa-  
tens subeunt, & quibus viuis in infirmitate communicant participat  
in sepultura defunctis, per hanc quidem Angelis receptis hospitio pla-  
cuerunt cum Abraham, & Lot. Hospitalitati vacantes Angelos me-  
ruerunt Hospitari, per quos Abraham iam senex futuræ sobolis pro-  
missionem accepit, & Loth fuit de incendio Sodomie liberatus, duo  
quoque discipuli, qui Ierusalem hospitio coegerunt, quem in expo-  
sitione scripturæ, non nouerant in panis fractione nouerunt, per hæc  
superflua, diuitumque congregata fortè seruarentur, ad mortem in  
necessitates pauperum erogantur, per hanc terrena in celestia, & trã-  
sitoria in æterna felici commercio communicantur, dum per manus  
thesaurizemus pauperum in cælis, vbi nec erugo, nec tinea demoli-  
tur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur, & facimus nobis de mã-  
mona iniquitatis amicos, qui cum defecerimus in æterna tabernacu-  
la admittant. Hæc igitur attendentes Hospitale nostrum, quòd non  
solum pro nostra, sed prædecessorum nostrorum, ac successorum, &  
fratrum nostrorum Episcoporum, Presbyterorum, atque Diacono-  
rum Romanæ Ecclesie Cardinalium, tam viuorum, quàm mortuo-  
rum salutè, apud sanctam Mariã in Saxia de Vrbe locum, vti que satis  
idoneum ad Hospitalitatis officium exercendum elemosynis, Eccle-  
siae Romanæ solemniter est constructum, in quo recipiuntur, & resi-  
ciuntur paupères infirmi, & exhibentur, alia opera pietatis ad exem-  
plar se. recordationis Inno. & Honorij, & Gregorij prædecessorum  
nostrorum Rom. Pont. sub Beati Petri, & nostra protectione susci-

S. Marię  
in Saxia.

pimus, & præsentis scripti patrocínio communimus statuentes, vt regularis ordo, qui secundum Deum, & institutionem fratrum Hospitalis S. Spiritus ibidem institutus esse dignoscitur perpetuis, ibidem, temporibus inuolabiliter obseruetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona, quæ idem Hospitale in præsentiarum iusté, & canonicé possidet, aut in futurum concessione Pontificû largitione Regum, vel Principum oblatione fidelium, seu alijs iustis modis, præstante dño poterit adipisci firma, & nobis nostrisq; successoribus illibata permaneant, in quibus hæc proprijs duximus exprimēda vocabulis locum ipsium, in quo præfatum Hospitale situm est, cum omnibus pertinentijs suis Ecclesiam sancti Coradi. etiam cum omnibus pertinentijs suis S. Leonardi Pontis, gratia dinati S. Ægidij de Rapello, S. Crucis de Diano. S. Laurentij extra Dianum, sanctæ Mariæ de Capodemese, ac sancti Spiritus de Claromonte, Ecclesias cum omnibus iuribus, & pertinentijs earundem de Vvrutelle, & Steffelt, & de Gnuprimi Ecclesias cum omnibus pertineñ. earundem de Braui de Vallecaia de Porcariua, de Saluo, de Cesimo Grangias, cū omnibus pertinentijs earundem Sancti Spiritus de Miliana, Sancti Spiritus de Milgenteria, Sancti Spiritus de Larido, Sancti Spiritus de Segolua, Sancti Spiritus de Qualtra, Sancti Spiritus de Bageriaco, Sancti Spiritus de Ponte Bordane, & Sancti Spiritus de Monte valenti, Hospitalia cum omnibus pertineñ. eorum, de Diuione, de Dole, de Toruodoro, & de Barro, Hospitalia cum pertinentijs eorundem. Ecclesiam, & Hospitale de Nonoferro, & Hospitale de Sommundia, de Menimij, de Vienna, de Cracoma, Hospitalia cum pertinentijs eorundem grangiam, & Hospitale quæ habetis, in loco qui vocatur fauento cum omnibus pertinentijs eorundem Hospitale de nouo, Castro de Laufana cum terris, pratis, vineis, nemoribus, vsuagijs, & pascuis in bosco, & plano, in aquis, & molendinis, in vijs, & semitis, & omnibus alijs, libertaribus, & immunitatibus suis, hoc tamen adiecto, vt in eadem Ecclesia quatuor semper ad minus sint Clerici regulam eiusdem Hospitalis professi, qui pro nobis prædecessoribus, ac successoribus, & fratribus nostris viuis pariter, & defunctis specialiter obsecrantes omnia spiritualia libenter administrent, & super his nulli, nisi Roma. Pont. correctioni subiaceant ad quem quoties expedierit monitione præmissa alma fiat à fratribus proclamatio, propter Deum, vt ipse cognita veritate decernat, quod suo pendenti consilio duxerit prouidendum, ipsi autē victu, & vestitu contenti, quem eis secundum eandem regulā præcipimus exhiberi diuinis vaccent officijs, & intendant Ecclesiasticis Sacramentis, ita quod de alijs Hospitalis negocijs, præter concessionem Magistri se nullatenus intromittant, sed omnia dispositioni tuæ fili Magister, & successorum tuorum, vel eorum, qui per te, vel per eos ad hoc fuerint deputati, sine cōtradictione, aut murmuratione relinquunt. Cæterum, cum prædictus prædecessor noster Honorius vnionem, eiusdem Hospitalis, & Sancti Spiritus in Monte pessulano vobis, & Hospitali nostro in spiritualibus, & temporalibus perniciosam, & dannosam cognouit, ipsam de consilio fratrum suo-

suorum dissoluit statuentes, vt nec istud illi, nec illud isti in aliquo te-  
 neatur, nec vobis, & aliquid illis sit concessione non obsta. privilegio  
 dicti Inno. vel suo, si quod super vnione ipsa apparuerit impetratū.  
 Verum postmodum Rector, & Fratres prædicti Hospitalis de Mon-  
 te Pessulano per Procuratorem ad hoc legitimè constitutum ipsum  
 Hospitale suum cum omnibus domibus, sibi subiectis, & subijcien-  
 dis impostum, ac vniuersis rebus iuribus, & rationibus suis aucto-  
 ritate bon. mem. Stephani, tit. S. Mariæ in transtiberim, Presbyteri, &  
 Ro. S. Mariæ in Cosmedim, Diaconi Cardinalis, quos ad id præfatus  
 deputata Gregorius, domui vestræ spontè, ac voluntariè submiserūt,  
 vt idem Hospitale cum domibus suis vobis, & domui vestræ, ita sit  
 suppositum, & subiectum, sicut domibus Hospitalis Ierosolymitani,  
 & militiae Templi sint subiecti, ac suppositæ domus suæ, quæ submis-  
 sionem, & subiectionem adiaceñ. duximus auctoritate Apostolica  
 confirmandam. ¶ Ceterum cū Ecclesia S. Mariæ in Saxia, & Hof- Exemptio.  
 pitale constructum, ibidem ad nos nullo mediante pertineat eo sal-  
 uo, quod Clerici eiusdem Ecclesiæ debent ex nostro mandato Basili-  
 cæ, Principis Apostolorum in scrutinio baptismo, & latania ne dispa-  
 ris conditionis homo præferatur eidem, & seruus, quod alij domino  
 stet, aut cadat præponatur Hospitali prædicto, quod nostræ tantum  
 est iurisdictioni subiectum personam tuam fili Magister, & successo-  
 rum tuorum prædecessores nostri præfati à potestate Prælatorum,  
 quorumlibet eximere procurarunt. Nos vero, sicut persona tua ex p-  
 ta dignoscitur, sic Fratres domus Hospitalis ipsius à quorumlibet Præ-  
 latorum eximimus potestate, ita vt nullus in eos interdicti, vel sus-  
 pensionis, aut excommunicationis sententiam, sine speciali mandato  
 Sedis Apostolicæ audeat promulgare, quam si secus fuerit decerni-  
 mus non tenere. ¶ Si verò fratrum vestrorum, qui destinati fuerint Interdictū  
in aduentu  
tollatur.  
 ad eleemosynas colligendum in quanlibet Ciuitatem, Castellum, vel  
 villam aduenerint si fortè locus, ille à diuinis fuerit officijs interdictus  
 pro omnipotentis Dei reuerentia in eorum aduentu iocundo, semel  
 in anno pulsatis campanis aperiantur Ecclesiæ, & super eleemosynis  
 acquirendis verbum exhortationis ad populum, in Ecclesia propona-  
 tur. Decernimus insuper, vt Receptores, Fraternalitatum, siue Colle-  
 ctarum vestrarum, saluo iure, Dominorum suorum in beati Petri Receptores  
 Apostoli, & nostra protectione consistant, in pace, in terris, in quibus  
 fuerint potiantur. Simili etiam modo statuimus, vt quicumque in ve-  
 stra fuerit fraternitate receptus, si fortè Parochialis Ecclesia, cuius ipse Confratres  
 Parochianus extiterit, ipsi sepultura Ecclesiastica, non negetur, nisi  
 excommunicatus, vel nominatim fuerit interdictus. ¶ Decimas au- Decimas.  
 tem de terris & vineis, quas ad opus infirmorum, & pauperum pro-  
 prijs manibus, aut sumptibus colitis de terris habitis ante Concilium  
 generale, siue de nutrimentis animalium, seu de fructibus hortorum  
 vestrorum, nullus exigere, vel extorquere præsumat. ¶ Liceat au- Oratoriū &  
cimiteriū.  
 tem vobis in domibus vestris, quas in presentarium habetis, vel in  
 futurum eritis habituri ad opus vestrum, & familiæ vestræ, necnon  
 infirmorum, & pauperum, ibidem, manutenētium, oratorium, & ci-

Christina &  
ordines quo  
casu à quoli  
bet.

Interdicti: è  
pore celebra  
re.

Homagiane  
cul præsten  
tur.

mitteriū, sine impedimento cuiuslibet contradictionis habere. ¶ Christina vero oleum sanctum consecrationes Altarium, seu Basilicarum ordinationes clericorum, qui ad ordines fuerint promouendi à Diocesanis suscipietis Episcopis, si quidem Catholici fuerint, & communionem sacrosanctæ Romanæ Sedis habuerint, & ea vobis sine prauitate qualibet voluerint exhibere alioquin liceat vobis, quemcunque malueritis antistitem gratiam, & communionem Apostolicæ Sedis habentem, qui nostra fretus auctoritate vobis, quod postulatur impendat. ¶ Cum autem generale interdictum, terræ fuerit liceat in Ecclesijs vestris clausis ianuis exclusis excommunicatis, & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce diuina Officia celebrari liceat, quoque vobis liberas, & solutas personas, è sæculo fugientes ad conuersionem recipere, & eas absque contradictione aliqua retinere. ¶ Prohibemus insuper, vt nulli fratrum vestrorum, post factam in locis vestris professionem fas sit, absque Magistri sui licentia inde discedere, nisi arctiores religionis obtenta discendentem verò absque communitate literarum vestrarum, post factam in locis professionem turbatores religionis vestræ, vel inutiles fuerint fortasse inuēti, liceat tibi fili Magister, & successoribus tuis eos cum assensu, & Consilio sanioris partis capituli amouere, ipsisque dare licentiam ad alium ordinem transeundi, vbi secundum Deum viuere debeāt, & loco eorum alios subrogandi, qui vnus anni spatio in vestra societate probentur, quo peracto si mores ipsorum exigerint, & ipsi vtilis fuerint ad seruitiū Hospitalis inuenti professionem faciant regularem. ¶ Adhuc districtius inhihemus, ne à te fili Magister, vel successoribus tuis, & fratribus Hospitalis eiusdem exigat, vlla Ecclesiastica secularisve persona, fidelitates homagia iuramenta, vel securitates reliquas, quæ à laicis frequentantur. ¶ Postremo decimas, quas Consilio, & assensu Episcoporum, à clericis, vel laicis potueritis obtinere, illasq; quas consentientibus Diocesanis Episcopis, & clericis, ad quas pertinent acquiretis auctoritate Apostolica vobis confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam, ac prædictum locum temere, perturbare, aut possessiones eius auferre, vel ablatas retinere minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integrè conseruentur eorum pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura salva in omnibus Sedis Apostolicæ auctoritate, de cætero successores nostros obsecramus, & attestamur in Christo Iesu Domino, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, vt locum vestrum cum personis, & rebus ad Hospitalitatis officium deputatis, tanquàm speciales patroni foueant, & defendant, quoniam si cæteris pijs locis teneantur, ex Apostolicæ Sedis seruitio providere, huic tamen Hospitali, quod bonis Ecclesiæ Romanæ fundatum est, & dotatum, & tam nostris, quàm successorum nostrorum diebus credimus, ampliandum curam debemus impendere specialem: si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, & contra eam temerè venire tentauerit secundo tertiove monita, nisi reatum suum condigna satisfactione correxerit po-

testatis, honorisque sui careat dignitate, reumque se diuino Officio  
 existeret de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpo-  
 re, & sanguine Dei, & domini Redemptoris Iesu Christi aliqua fiat, atq; For. aliena  
 in extremo examine districtæ subiaceat ultioni, cunctis autem eidem  
 loco sua iura seruātibus, sit pax domini nostri Iesu Christi quatenus,  
 & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem  
 præmia æternæ pacis inueniant, Amen. Dat. Ananiæ per manum do-  
 mini Ioannis domini nostri Papæ Subdiaconi, & Notarij, secundo Id.  
 Iunij in dictione decimaquarta, Incarnationis Dominicæ millesimo  
 ducentesimo quinquagesimo sexto, Pontificatus domini Alexandri  
 Papæ Quarti anno secundo.

**BONIFACIUS** Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpe- Sancti spūs  
in Saxia.  
 tuam rei memoriam. Venerabilibus in Christo fratribus nostris,  
 Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, Deca-  
 nis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Cantoribus, Sacristis, & aliarum  
 Ecclesiarum, Rectoribus, & Vicarijs, seu eorum Locatenentibus, exep-  
 ris, & non exemptis, cuiuscunque gradus, conditionis, vel ordinis exi-  
 stant, quibus præsentis literæ peruenerint, salutem, & Apostolicā be-  
 nedictionem, gratum Deo credimus in partiri famularum cū Chri-  
 sti fideles, ad misericordiæ opera excitamus, per quæ salus animarū  
 uilius procuratur. ¶ Cum igitur dilecti filij nostri Magister, Cōmen- Prælati licē  
tāprebeant  
& indulgen-  
tias.  
 datores, & fratres nostri Hospitalis Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe  
 Roman. & eorum Nuncij, & Commendatores membrorum dicti  
 Hospitalis, qui recolligunt pauperes, & infirmos, nocteque, dieque  
 de quatuor mundi partibus, ad dictum nostrum Hospitale Generale  
 venientes, cum non habeant facultates de præsentī, nec habere pos-  
 sunt, sicut expediens esset pro succursu, & iuuamine dictorum paupe-  
 rum, & infirmorum, nisi pias fidelium eleemosynas, eis elargiri fece-  
 rimus, ideo uobis omnibus Archiepiscopis, Episcopis, vel uestris Lo-  
 cateneñ. mandamus firmiter per Apostolica scripta iniungētes, quate-  
 nus cum dicti Magistri, & Commendatores nostri Hospitalis Genera-  
 lis Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe Ro. vel eorum Nuncij, & dicto-  
 rum membrorum Priores ad vos accesserint, & ab ipsis fueritis requi-  
 sitæ literas uestras canonicatorias fauorabiles, & benignas cum ue-  
 stris moderatis indulgentijs, absque difficultate qualibet ad sustenta-  
 tionem dictorum pauperum, & infirmorum fauorabiliter eis conce-  
 datis. ¶ Et vos Abbates, Priores exempti, & non exempti similiter, Abbates pri-  
ores exēpti  
& non.  
 & Presbyteri, ac omnes alij dictos fratres, vel eorum Nuncios in ue-  
 stris domibus recipiatis, & eisdem ob reuerentiam, & honorem San-  
 cti Spiritus, & nostræ Apostolicæ Sedis transeundo necessaria mini-  
 stretis, uosque Decani, Presbyteri, Curati, & non Curati, & alij etiam Decani pres-  
byteri & ca  
admittapt  
 animarum Rectores, dictos fratres, & eorum Nuncios in Ecclesijs, &  
 locis uestris benignè admittatis, ipsosq; permittē. in uestris Ecclesijs  
 prædicare in populo in loco, ubi uerbum Dei prædicatur, ut ad opus  
 dictorum Magistri, Commendatorum, fratrum Christi pauperum, &  
 infirmorum, Ordinis Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe Roman. vel eo-  
 rum

Benefactoribus.

In festis:  
Natiuitatis  
circūcisionis  
Epiphaniæ  
Resurrectionis  
Ascensionis  
Pentecostes  
& B. Mariæ.  
Diebus veneris.

In mortis articulo.

Religiosis.

For. incogitantiam.  
Curati conuocet populum diebus etiam non feriatis.

Interdictis eorum ecclesie aperiatur.

rum Nunciorum eleemosynas quærere, & in dicto Ordine Confratrias facere possint eos expectantes, expectare pacifica infra Missarum solemniam, nec, ac diuina Officia procedatis donec, & quousque negocium prædictorum Magistri, & Commendatorum, & Fratrum fuerit diligenter, & finaliter expeditum, atque consummatum. Nos enim de omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, auctoritate confisi omnibus benefactoribus, dictorum Fratrum nostrorum, seu pauperum infirmorum nostri Hospitalis Generalis Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe Romanæ. verè pœnitentibus, & confessis, qui infra annum post declarationem nostram indulgentiarum, verè pœnitentibus, & confessis fuerint pro nostris indulgentiis acquirendis in festiuitatibus domini nostri Iesu Christi, videlicet Natiuitatis, Circūcisionis, Apparitionis, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, & Beatæ Mariæ Virginis, videlicet Natiuitatis, Purificationis, Annunciationis, & Assumptionis per singulos dictarum festiuitatum, tres annos, & tres Quadragenas eisdem Fratribus de pœnitentijs, sibi iniunctis duximus indulgendum, & per octauas dictarum festiuitatum singulis diebus, vnum annum, & Quadraginta dies, & per omnes dies veneris totius anni, ob reuerentiam passionis domini nostri Iesu Christi, annum vnum, & quadraginta dies. Si quis verò Catholicus dictis Fratribus, vel pauperibus infirmis, secundum quantitatem substantiæ, & qualitatem criminis de bonis suis dederit, seu transferat ad sustentationem dictorum Fratrum, seu pauperum infirmorum, pro prædictis nostris indulgentiis acquirendis, si infra annum, & in capite anni, verè pœnitentes, & confessus moriatur, seu in mortis articulo, toties quoties fuerit constitutus volumus, & de gratia speciali concedimus, quòd ab omnibus peccatis suis auctoritate nostra Apostolica permaneat absolutus plenarie à pœna, & culpa nõ obstat. quibuscunq; constitutus in contrarium de indulgentiis & abusionibus factis, contra quoscunq; quia hic nostri Fratres nõ abutuntur, nec sunt quæstores, imo veri Religiosi approbati, & per Sanctam Sedem Apostolicam exempti. Sacerdotibus verò, & Clericis, tam viris Religiosis, quàm mulieribus dictum negotium diligenter tractantibus, & de bonis suis elargientibus, quidquid in diuinis Officijs, & Horis Canonicis per defectum librorum, seu per importantiam negligentiam, aut debilitatem corporis dicere omiserint in domino misericorditer relaxamus. Vos quoque Curati, & alij Rectores Ecclesiarum moneatis, & conuocetis omnes, & singulos Parochianos vestros, vtriusq; sexus ætatem habentes de domo in domum, quatenus ipsi ad Ecclesiam veniant, sub excommunicationis pœna diebus, & horis feriatis, & non feriatis, de quibus à latore præsentium fueritis requisiti volumus, & præcipimus, quòd cum dicti Magistri, & Commendatores Fratres, vel eorum Nuncij ad aliquas Ecclesias interdictas aduenerint, quòd in eorum iocundo aduentu Ecclesie aperiatur, & ianuis apertis diuina Officia, ibidem celebrentur, & campanæ pulsentur, & etiam corpora mortuorum tradantur Ecclesiasticæ sepulturæ, nisi excommunicati, aut interdicti fuerint, & de gratia speciali volumus, & mandamus, quòd si Confratres

nostri Hospitalis Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, & membrorum eius, qui in libro Confratriæ supradictæ fortè fuerint inuenti specificè nominati, & inscripti inibi de præsentibus, quilibet tradatur Ecclesiasticæ sepulturæ, & etiã si locus fuerit interdictus, & sub excommunicationis pœna, quã in nostris præsentibus literis ferimus in his scriptis, nisi excommunicati fuerint, vel publici vsurarij. Adhuc etiam in participatione stationum, dedicationis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & peregrinationis Terræ Sanctæ, omnes benefactores viuos, & mortuos facimus participes, & consortes in æternum, quicumque autem mandatis nostris extiterint contemptores, rebelles, & inobedientes, aut perturbatores in aliquo, contra eos excommunicationis sententiam proferatis, & faciatis, vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari. Datt. Romæ, apud Sanctum Petrum quintodecimo, Cal. Februarij, Pontificatus nostri anno octauo.

Tradatur sepultura.

**B**ONIFACIUS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, dilectis filijs Magistro, & Fratribus Hospitalis nostri Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, salutem, & Apostolicam benedictionem. Meritis vestræ deuotionis inducimur, vt vos prosequamur gratia, quæ vestris necessitatibus esse dignoscitur opportuna, hinc est, quod vestris supplicationibus annuentes, vt de vsuris rapinis incendijs, præter Ecclesiarum incendia damnis datis, & alio quocunque nomine titulo, vel modo malè, vel illicitè acquisitis, si nesciatur quibus Ecclesijs, vel personis debeant restitui possitis, licitè compone re cum habentibus de prædictis malè ablati, & incerti, ita quod ad restitutionem aliam de residuo minimè teneantur. ¶ Et omnia vota commutare possitis, & ab alijs votis ligatos absoluere ierosolimitan. duntaxat excepto. ¶ Et de iuramentis temerè attentatis. ¶ De laboribus, & transgressionibus diebus dominicis, & festiuis. ¶ De Officio, & Horis Canonicis à Clericis indebitè prætermisissis. ¶ De offensione patrum, & matrum, sine iniectioe manuum violentarum de peccatis oblitis. ¶ De oppresione paruulorum, de homicidijs, de pœnitentijs redimendis, seu commutandis ab eorum Sacerdotibus impositis, de peccatis omnibus, vnde peccatores confessi, fuerint, vel ad præsens voluerint confiteri. ¶ Necnon à quibuscunque legatis ad Hospitalia eadem debitis, vel alias indistinctè ad pios vsus relictis dictis Magistro, & fratribus, vel eorum Nuncijs auctoritatem plenissimam absoluendi de prædictis duximus concedendum. ¶ Præterea quicumq; de facultatibus, sibi à Deo collatis dictis Fratribus, & Hospitali subuenerint, & in dicta Sancta Confraternitate constituerint se collegas, eisque beneficia persoluerint annuatim de Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum confisi septimam partem iniunctæ pœnitentiæ misericorditer in domino relaxamus. Adhuc etiam in participatione stationem, dedicationis Sanctæ Ro. Eccl. ac in peregrinatione Terræ Sanctæ, omnes benefactores, viuos, & mortuos facimus participes, & consortes in æternum. Si quis verò Catholicus dictis fratribus, & pauperibus secundum quantitatem substantiæ, & qualitatem

Sancti spūs in Saxia.

Compositio de male acquisitis incerto domino.

Vota ierosolymitano excepto.

Iuramenta De dieb' festis.

De Horis canonicis.

De offensione Patrum.

De oblitis Oppressione paru.

Homicidijs Pœnitentijs redimendis.

Peccatis omnibus.

De legatis ad pios vsus Legantibus.

Participatio stationum & Peregrinationis terræ sanctæ.

Donatibus.  
Absolutio  
plena.

oratoris de bonis suis dederit, vel transmiserit ad sustentationem  
dictorum fratrum, seu pauperum pro predictis indulgentijs, acqui-  
rendis si infra annum, vel in capite, eiusdem anni verè poenitens, &  
confessus moriatur, seu in mortis articulo, toties quoties fuerit con-  
fiteatur, volumus, & de gratia speciali concedimus, quod ab omnibus  
peccatis suis auctoritate nostra Apostolica maneat absolutus plena-  
riè. Non obstantibus reuocationibus, & constitutionibus Apostolicis qui-  
uscunq; factis in contrarium de indulgentijs, & abusibus contra  
quæstores, quia isti non abutuntur, nec sunt quæstores, imò veri Re-  
ligiosi approbati, & per sanctam Sedem Apostolicam exempti. Nulli  
ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ concessionis in-  
fringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attempta-  
re præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Pe-  
tri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datt. Roma-  
niæ, Cal. Maij. Pont. nostri anno VI.

Sacrispirit  
in Saxia.

Compositio  
de usuris ra-  
pinis incen-  
dijs &c.

De incertis.  
De his quæ  
ad pios vsus  
votorum re-  
demptio & co-  
mutatio. Ie-  
rosolymite.  
excepto.  
Periurij.  
Horiscano-  
nicis festis  
nō seruatis.

Poenitentij  
impositis re

**I**OANNES Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei  
memoriam: venerabilibus Fratribus nostris, Archiepiscopis, Epif-  
copis, & dilectis filijs, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis,  
& alijs Ecclesiarum Prælati, ad quos istæ literæ peruenerint, salutem,  
& Apostolicam benedictionem. Paternæ considerationis perscrutan-  
tes, quòd dilecti filij, Magister, & Fratres Hospitalis nostri Sancti Spi-  
ritus in Saxia de Vrbe, mundanis illecebris, quibus leditur, leuiter  
libello dato repudij diuinis obsequijs salubriter adheferunt, vt ea stu-  
dijs persequendo fruentibus non solum bona, quæ habere noscun-  
tur pro illis exequendis impendant, sed etiam labores angustias su-  
stinent onera expensarum libenter eos spirituali gratia, & fauore pro-  
sequimur, & Apostolicæ munificentia ianuam aperimus more igitur  
pij patris, qui præterit incomoda filiorum eius, tanquam deuotis, &  
fidelibus filijs, super his compatiens. & volentes propterea eos favori-  
bus prosequi graciosis eorum supplicationibus inclinati. ¶ De usu-  
ris rapinis incendijs, præter incendia Ecclesiastica damnis, datis, & alijs  
rebus malè, & illicitè acquisitis, super quibus eorum restitutio fieri  
debet inueniri defacili, & sciri non possunt. Necnon de his, quæ indi-  
stinctè ad pios vsus in vltimis voluntatibus relinquuntur, etiam de  
redemptionibus, & commutationibus votorum ierosolymitano dun-  
taxat excepto. de Sacramentis, siue periurij temerè attætatis. De Ho-  
ris Canonici à Clericis prætermis; de laboribus diebus Dominicis,  
& festiuis; de poenitentijs impositis reducendis pro peccatis, quoque  
omnibus, vnde peccatores sunt confessi, vel voluerunt poenitentiali-  
ter confiteri per eorum, & pauperum ad domos, & Hospitalia eorū  
confluentium, ac etiam pro fabricæ, quàm ad præsens denuo construi  
faciunt subuentione ab his, qui ea dare voluerint possint recipere lici-  
tè, ac etiam de prædictis componere cum eisdem, ita quòd illi, qui de  
prædictis aliquam quantitatem congruam largiantur ad restitutio-  
nem, aliam de residuo minime teneantur, eisque auctoritate præsen-  
tium indulgemus. Ideò vniuersitati vestræ per Apostolica scripta in  
virtu-



virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo, mandamus quatenus vniuersis, Presbyteris vestræ potestati subditis, sub pœna officij, & beneficij iniungatis, vt cum prædicti fratres ad eorum loca peruenierint, ipsos debeant diligenter, ac benignè in eorum Ecclesijs recipere, & honorificè tractare, & populum eis commissum, tam mares, quàm mulieres discretionis ætatem habentes in vnum congregare debeant diligenter secundum requisitionem dictorum Fratrum, vel Nunciorum ipsorum, & sub excommunicationis pœna cogendo, eosdem ad audiendum, ea quæ dicere, & proponere voluerint coram eis, & dies illa, tanquam dies Dominicus habeatur, & festum solemne facere studeant vniuersi, donec negotium Hospitalis prædicti fuerit expeditum. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem, hoc attentare præsumpserit si manifestè vobis constiterit canonica monitione præmissa, si layci fuerint publicè candelis accensis singuli vestrum in dictis Ecclesijs vestris eorum sententia procellatis, si Clerici, vel Canonici regulares, seu Monachi fuerint appellatione remota ab officio, & beneficio suspendatis neutram non relaxaturi sententiam, donec prædictis Fratribus, aut eorum Nuncijs plenariè satisfaciunt, & tam layci, quàm regulares Clerici cū Diocesium literis Episcopi ad Sedem Apostolicam venientem, ab eodem vinculo mercantur absolui. Datt. Auinione, quinto Id. Maij, Pontificatus nostri anno duodecimo.

dime di &c.  
Prælati.

Cōgregatē.

Fiat festus  
dies.

In contradi-  
ctores.

For. venien-  
tes.

**C**LEMENS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Venerabilibus Fratribus, Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filijs, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Cantoribus, Archidiaconis, Sacristis, & Ecclesiarum Rectoribus, Curatis, & non Curatis, exemptis, & non exemptis, cuiuscunque dignitatis existant, quibus præsentis literæ peruenerint, salutem, & Apostolicam benedictionem. Gratum Deo, credimus impartiri famularum cum Christi fideles ad misericordiæ opera excitamus, per quæ status animarum vtiliter procuratur, cum igitur Magister, ac Frater, & Nuncij, Ordinis Sancti Spiritus, qui recolligunt pauperes die, nocteque de quatuor mundi partibus, huc venientes non habentes facultatem, sicut expediens esset pro succursu, & iuuamine dictorum pauperum, nisi pijs Christi fidelium elemosynas eis elargiri fecerimus. Hinc est quod vobis omnibus Archiepiscopis, Episcopis mandamus firmiter, & per Apostolica scripta iniungimus, vt cum Fratres, vel eorum Nuncij dicti Ordinis Sancti Spiritus ad vos accesserint, & ab eis fueritis requisiti literas Canonicatorias fauorabiles, & benignas cum nostris moderatis indulgentijs, absque difficultate qualibet, ab sustentationem pauperum fauorabiliter concedatis eis. Et vos Abbates, Priores exempti, & non exempti, similiter Presbyteri, & omnes alij prædicti dictos Fratres, vel eorum Nuncios in domibus vestris recipiendos ob reuerentiam Sedis Apostolicæ, & nostram transeundi ministrare necessaria, vosque Presbyteri, Curati, & alij Rectores Ecclesiarum di-

Sancti Spiritus  
in Saxia.

A prælati  
Dandè licet  
tæ.

Abbatib. &  
prioribus.

Presbyteris

ctos

*Benefactorib.*

*In festis pē  
te. & Trini.  
indulg. plen*

*Natiuitatis  
Circūciōis  
Trāsfurra-  
tio. resurre.  
Ascēsiōis &  
iij. fe. beatæ  
Mariæ.*

*Et per octa.  
Dieb. vene-  
ris.  
Legantibus.  
In mortis ar-  
ticulo.*

*Clericis &  
religiosis v-  
triusq; sex.  
Vicarij con-  
gregent po-  
pulum & co-  
mitentur.  
Interdictū  
in aduentu  
tollatur.*

*Confratri-  
bus vt sepe  
stantur.*

Etos Fratres, & eorum Nuncios in Ecclesijs vestris, & locis legitimè  
admittatis, ipsoſque expectantes, expectatione pacifica infra Missarū  
solemnia, nec ad diuina procedatis donec, & quouſque negotium di-  
ctorum Fratrum diligenter, & finaliter consumptum, seu etiam ad-  
impletum fuerit in loco, vbi prædicatur verbum Dei. Nos enim de  
omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſto-  
lorum eius, auctoritate confisi omnibus benefactoribus Fratrum, seu  
pauperum post declarationem noſtrarum indulgentiarum, verè pœ-  
niteñ. & confessis pro noſtris indulgentijs acquirendis, ac ad eorum  
domus confluentibus: In festo Pentecostes, & per octauas dicti festi  
singulis diebus, & Sanctæ Trinitatis, omnium peccatorum suorum,  
plenariam remissionem, & octo milia annorum, & octo milia quadra-  
genarum, ob reuerentiam S. Spiritus de gratia speciali auctoritate  
præsentium indulgemus, & in festiuitatibus domini noſtri Iesu Chri-  
sti, videlicet Natiuitatis, Circūciōis, Transfigurationis, Resurre-  
ctiōis, & Ascensionis, ac etiam in quatuor festiuitatibus Beatæ Ma-  
riæ Virginis, videlicet Assumptionis, Natiuitatis, Purificationis, & An-  
nunciationis per singulos dies dictarum festiuitatum, tres annos, &  
tres quadragenas, eisdem benefactoribus de pœnitētijs, sibi iniunctis  
duximus indulgendas. Et per octauas dictarum festiuitatum singulis  
diebus, vnum annū, & quadraginta dies, & per omnes dies veneris, &  
per totum annum, ob reuerentiam passionis domini noſtri Iesu Chri-  
sti, vnum annum, & quadraginta dies. ¶ Si quis verò Catholicus di-  
ctis Fratribus, seu pauperibus, secundum quantitatem substantiæ, &  
qualitatem ordinis de bonis suis dederit, vel transmiserit ad substē-  
tationem dictorum Fratrum, seu pauperum pro prædictis indulgen-  
tijs acquirendis, si infra annum, vel in capite anni verè pœnitens, &  
confessus moriatur in mortis articulo, toties quoties fuerit constitu-  
tus volumus, & gratia speciali concedimus, quòd ab omnibus pecca-  
tis auctoritate Apostolica remaneat absolutus plenariè. Non obstan-  
tibus quibuscunque reuocationibus, & constitutionibus Apostolicis  
factis in cōtrariū de indulgentijs, & abusionibus factis contra quæsto-  
res, quia isti non sunt quæsto-  
res, nec abutuntur, imo veri Religio-  
si approbati, & per Sanctam Sedem Apostolicam exempti. ¶ Sacerdo-  
tibus verò, & Clericis, tam viris Religiosis, quàm mulieribus dictum  
negocium diligenter tractantibus, & bonis suis misericordiæ largien-  
tibus, quotquot in diuinis Officijs, & Horis canonicis per defectum  
librorum, seu per impotentiam, negligentiam, aut debilitatem corpo-  
ris dicere obmiserint misericorditer in domino relaxamus. ¶ Vobis-  
que mandando, quatenus huiusmodi noſtra mandata Apostolica, per  
Parochias vestras, vtriusque sexus, ætatem habentes de domo in do-  
mus, quatenus ipsi ad Ecclesiam veniant, & huc sub pœna excom-  
municationis diebus, & horis, de quibus á latorè præsentium fueritis re-  
quisiti. ¶ Volumus, & præcipimus, quòd cum dicti Fratres, & eorum  
Nuncij, ad aliquas Ecclesias interdictas aduenerint, & in eorum iocū-  
do aduentu Ecclesiæ aperiantur, ibi ianuis apertis diuina Officia cele-  
brentur, campanæ pullentur, ibidem corpora mortuorum Ecclesia-  
sti.

sticæ sepulturæ tradantur. Et etiã de gratia speciali volumus, & mādamus, quòd si fortè Confratres, qui in libro Confratriæ dicti Ordi- nis fuerint inuenti specificè nominati, & descripti ibidem de præsen- ti, quilibet ipsorum tradetur Ecclesiasticæ sepulturæ: si locus fuerit in- terdictus, & hoc sub excommunicationis pœna, quàm in his literis præsentibus firmiter in his scriptis, nisi excommunicati fuerint nomi- nati, vel etiam publici vsurarij. ¶ Remittuntur etiam omnia pec- cata oblita offensiones patrum, & matrum, sine iniectiōe manuum violentarũ. Et omnia vota Ierosolymitano, duntaxat excepto. ¶ Iura- menta falsa sine damno alterius. ¶ Dominicales dies malè seruatos, & solemnitates Sanctorum. ¶ Ac etiam vsuras, rapinas, incendia præ- ter Ecclesiastica damna data, & alio quocunque nomine, vel modo malè, & illicitè acquisita, si nescitur quibus Ecclesijs, vel personis de- beant restitui dicti Fratres, siue Nuncij Sancti Spiritus, possint licitè componere cum habentibus de prædictis malè ablati. Ita, quòd ad restitutionem aliquam minimè teneantur. ¶ Diuina Officia, & Ho- ras canonicas à Sacerdotibus, & Clericis prætermittas. ¶ Ac homici- dia oppressiones paruulorum incestuosos, ac etiam de pœnitentijs redimendis impositis ab eorum Sacerdotibus. ¶ Necnon quæcun- que legata eiusdem Hospitalitatis, vel in vltimis voluntatibus defun- ctorum, & peccata defunctorum omnia vnde peccatores sint confes- si, vel ad præsens voluerint confiteri benefactoribus dictorum Fra- trum, siue pauperum, ob reuerentiam Sancti Spiritus de gratia spe- ciali volumus, & concedimus, eisdem posse indulgere adhuc in parti- cipatione stationum, dedicationum sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & pe- regrinationis terræ sanctæ, omnes benefactores viuos, & mortuos fa- cimus participes, & consortes in æternum. Quicumque autem man- datorum nostrorum, exiiterint contemptores, rebelles, & inobedien- tes, aut perturbatores in aliquo excommunicationis sententiam, in eos proferatis, quam faciatis, vsque ad satisfactionem condignam, in- uiolabiliter obseruari. Dat. Rom. in Palatio Lateran. tertio Cal. Fe- bruarij, Pontificatus nostri anno secundo.

Peccata o-  
blita offen-  
siones.  
Parentum  
vota om-  
nia Iero-  
solymitano  
excepto.  
Iuramenta  
falsa.  
Fest. dies.  
Vsurae rapti-  
nae, &c. cõ-  
ponantur.

Officia di-  
uina præ-  
termittas.  
Homicidia  
oppressio.  
pœnitentiæ  
legata pia  
componan-  
tur.  
Incestus.  
Absolutio  
plenaria.  
Benefactorib.  
Participatio  
stationũ pe-  
grina. &c.  
viuis & mor-  
tuis.  
In contradi-  
ctores & re-  
belles. &c.

**V**RBA NVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Vniuersis Christi fidelibus, ad quos præsentis li- tere peruenerint, salutem, & Apostolicam benedictionem: militanti Ecclesiæ licet immeriti disponente Domino Præsidentes, circa statum Ecclesiarum, Monasteriorum, & Hospitalium, omni solertia redda- mur indefesse solliciti. Si iuxta sententiam sapientis, inter tempus se- minandi decernimus, & metèdi seminare debemus in terris, qui enim multiplicata fructu recolligere valeamus in coelis, facientes nobis de mammona iniquitatis amicos, qui cum defecerimus in æterna taber- nacula nos admittant, sic enim thesaurizemus nobis thesauros in cœ- lis, vbi fures non effodiunt, nec furantur, sic terrena in cœlestia, & trã- sitoria in æterna felici commercio commutemus, licet autem indigē- tibus vniuersis viscera charitatis aperire teneamur illis tamen specia- lius, & habundantius quodam modo liberalitatis gratiã exhibere, qui

Sancti spūs  
in Saxia.

**Membra.**

**Vniuersæ  
hortatio.**

**Benefactoribus**

**Confessoris  
discreti ele  
ctio.**

**Absolutio &  
dispensatio  
Plenaria.**

**Inmortis ar  
ticulo.**

**A pœna & a  
culpa.**

**Ingressus.  
Annis singu  
lis.**

cum sint pauperes sponte subeunt onera paupertatis, ut possint pau-  
peribus copiosius subuenire, tanquam nihil habentes, & omnia possi-  
dentes penuriam pati, & habundare didicerunt habundantiam. pauperi-  
bus sibi egere, & in se aliorum egestatem assumere, ut indigentibus  
liberalius administrent hospitibus, & egenis, hoc verò quauis mul-  
ti laudabiliter exequantur: illi tamen student laudabilius adimplere,  
qui Hospitalitati vacantes, non solum recipiunt hospites, sed attrahunt  
illud propheticum exequen. frange esurienti panem tuum, & egenos  
vagosque, duc in domum tuam cum videris nudum cooperi eum, &  
carnem tuam ne despexeris, hi enim Fratres nostri Hospitalis Gene-  
ralis Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, & membra eius pascunt esuriē-  
tes, sitientes potant, & recolligunt pauperes egenos, & nudos vestiunt,  
& non solum infirmos visitant, sed in se orum infirmitatem assumunt,  
& ministrant in carcere positos in infirmitate participant communi-  
cant in sepulturis defunctorum pauperes infirmos nutriunt, & om-  
nia exequuntur, propter quæ Dominus Deus in ultimo districtio-  
nis examine remunerare, se bonos, & malos asserit punituros. Cum igitur  
dilecti filij nostri Magister, Fratres, & Commendatores nostri  
Hospitalis Generalis Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, & membrorum  
eius ad hoc totis visceribus elaborant, & vndecunque confluētes ege-  
norum pariter, & egrorum necessitatibus, necnon, & pauperum se  
exponunt vniuersitatem vestram monemus, & hortamur in Domi-  
no, & in remissionem iniungimus peccatorum, quatenus cooperato-  
res sitis operum pietatis accedentes ad vos dicti filij nostri Magister,  
Fratres, & Commendatores Hospitalis nostri Sancti Spiritus in Sa-  
xia de Vrbe, & membrorum eius, vel eorum Nuncij, seu Procurato-  
res benignè recipere, & eos honestè tractare curetis, & ob reueren-  
tiam illius luminis claritatis, qui totum mundum illuminat, & no-  
stræ Sedis Apostolicæ eis gratia subsidia, & pias elemosynas confe-  
ratis, ut quod pauperibus contuleritis in terris vobis per manus pau-  
perum thesaurizetis cum Apostolicis in calis. ¶ Nos enim de om-  
nipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum  
auctoritate confisi, omnibus benefactoribus Hospitalis nostri Gene-  
ralis Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, & membrorum eiusdem con-  
cedimus, ut ipsorum quilibet discretum Confessorem secularem, vel  
Regularem, Curatum, vel non Curatum eligere possit, qui de omni-  
bus peccatis suis, & casibus, etiam Sedi Apostolicæ reseruatim eos ab-  
soluere, & dispensare valeat, & sibi iniungere penitentiam salutarem  
duntaxat semel in vita. Et etiam volumus, & de gratia speciali conce-  
dimus omnibus Confratribus nostræ Confratriæ Hospitalis nostri  
Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, & membrorum eius in libro scrip-  
tis, verè pœnitentibus, & confessis, & corde contritis in mortis  
articulo, quod de peccatis suis auctoritate nostra Apostolica perman-  
neant absoluti, tam à pœna, quam à culpa, dando quilibet in introitu  
sanctæ Confratriæ, triginta denarios Turonensium. argenti tantummodo  
vno semel exsoluendos, & successiuè anno quolibet vnum denarium Tur-  
argenti. Etiam volumus, quod si quantitates superius designatæ, & or-  
di-

dinata minus opprimeret. quod dicti Fratres, Magistri, Cōmēdatores aut alij fratres, seu eorum Nuncij Hospitalis nostri Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, & membrorum eiusdem re-arbitrari valeant, & reduce re secundum facultates, & qualitates personarum, prout eis melius videbitur potestate eis data à Religione dicti Ordinis Sancti Spiritus recipere possint omnia bona pro sanctissima nostra Confratria blada pannos vestimenta, aurum argentum, etiam iocalia, volumus etiam, & ordinamus; quod vna pars elemosynarum omnium dictæ sanctæ nostre Confratriæ, & omnium benefactorum aliorum dabitur, & distribuatur in reparatione nostri Hospitalis Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe & membrorum eiusdem, vbi magis videbitur expedire, alia pars distribuatur Christianis militantibus, & pugnantis contra sarracenos inimicos Fidei Catholicæ pro defensione Terre Sanctæ, & Christianorum, & eis dare, & tradere literam, seu liceras testimoniales cum sigillo dicti Ordinis impendē. & de his nostris indulgentijs valeant, vbiq; gaudere. ¶ Etiam volumus, & mandamus in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam nos ferimus in his scripis, quod cum dicti Fratres, Magistri, & Commendatores Hospitalis Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, & membrorum eius, seu Procuratores, vel eorum Nuncij ad aliquas Ciuitates, seu villas venerint, aut loca, vbi Religiosi, vel alij permanerint cuiuscunque gradus ordinis, vel conditionis existant, tam exempti, quam non exempti dum à dictis Fratribus Hospitalis nostri Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, & membrorum eiusdem, vel eorum Procuratoribus, seu Nuncijs erunt requisiti pro declaratione, & publicatione nostrarum indulgentiarum, vbiunque fuerint sine licentia petita, & non obtenta à suis Prælatiis, vel maioribus valeant, & possint prædicare, & exponere vbiunque. ¶ Impedientes verò per se, vel aliū, seu alios huiusmodi negocium directè, vel indirectè, publicè, vel occultè maioris excommunicationis sententia innodamus, quam ipsos incurrere volumus, ipso facto, quorum absolutionem nobis, vel nostris successoribus reseruamus. ¶ Mandamus etiam, quod in illa die cessent omnes prædicatores, tam Religiosorum, quam non Religiosorum, cuiuscunque gradus, ordinis, conditionis existant. ¶ Etiam volumus, & de speciali gratia concedimus in participatione indulgentiarum Romæ, quæ sunt à pœna, & culpa quinquagenariæ omnibus, benefactoribus, & Confratribus, dando, vel faciendo Confratriæ nostræ Hospitalis Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, & membrorum eius elemosynam designatam auctoritate nostra Apostolica Spiritu Sancto, cum Patre, & Filio quos in vnum locum habemus ligandi, atque absoluedi eos participes, & confortes facimus in æternum. Reuocando tamē de gratia speciali omnia iura, & ordinationes factas in contrarium. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ concessio- nis, & indulgentiæ infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, eius se nouerit incursum datum, apud Urbem veterem. II. Cal. Aprilis, Pontificatus nostri anno sexto.

Potestas re-  
storum.Diuisio ele-  
mosynæ cū  
militantib., cō-  
tra sarracē-  
nos.Procuratō-  
res seu colle-  
ctores.Sin licentiā  
petita & nō  
obtenta.  
In impedie-  
tes directè  
vel indirectè  
&c.  
Ipso facto.  
Cessent oēs.Benefactorib;  
& cōfratib;.Reuocatio  
cōtrariorū.

Sancti spūs  
in Saxia.  
Conseruato  
ria.

**G**REGORIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam  
rei memoriam: venerabilibus Fratribus Aquilegensi, & Maga-  
lonensi Episcopis, ac dilecto filio Abbati Monasterij Sancti Petri de  
Urbe, salutem, & Apostolicam benedictionem. Militanti Ecclesie, licet  
in meriti disponente domino praesidentes, circa statum Ecclesiarum,  
Monasteriorum, & Hospitalium omni solertia reddamur indefesse  
soliciti, ut iuxta debitum Pastoralis officij, eorum occurramus, dis-  
pendijs, & profectibus diuina cooperante clementia salubriter, inten-  
damus sane dilectorum filiorum Praeceptoris, & Fratrum Hospita-  
lis nostri Sancti Spiritus in Saxia de Urbe, & eius membrorum con-  
quæstione percepimus, quod nonnulli Archiepiscopi, Episcopi, Abba-  
tes, Priores, alijque Ecclesiarum, & Monasteriorum Praelati, & Cleri-  
ci, ac personæ Ecclesiasticæ, tam Religiosæ, quàm etiam seculares.  
Necnon Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles Milites, &  
layci, Communia, Ciuitatum, Vniuersitates, Oppidorum, Castrorū,  
Villarum, & aliorum Locorum, & aliæ singulares personæ, Ciuitatū,  
& Diocesim, aut aliarum partium diuersarum occuparunt, & occu-  
pari fecerunt, Castra, villas, casalia, & alia loca, Ecclesias, Capellas, Hos-  
pitalia, grangias, decimas, terras, domos, possessiones, iura, & iurisdic-  
tiones, necnon fructus, redditus, census, & prouentus dicti Hospita-  
lis, & nonnulla alia iura bona mobilia, & immobilia spiritualia, &  
temporalia ad Praeceptorem, Fratres, & Hospitale praedict. spectant;  
& pertineñ. & ea detinent indebitè occupata, seu ea detinentibus pre-  
stant auxilium, consilium, fauorem, nonnulli etiam Ciuitatis, & Dioc-  
cesis, & partium praedictarum, qui nomen Domini in vanum recipere  
non formidant, eisdem Praeceptori, & Fratribus, super praedictis  
Castris, Villis, & locis, alijs terris domibus, & possessionibus, iuribus,  
& iurisdictionibus, fructibus, redditibus, censibus, & prouentibus eo-  
rundem, & quibuscunq; alijs bonis, mobilibus, & immobilibus, spiri-  
tualibus, & temporalibus, & alijs bonis ad eosdem Praeceptorem, Fra-  
tres, & Hospitalia spectantibus, multiplices, molestias, & iniurias in-  
ferunt, & iacturas, quare dicti Praeceptor, & Fratres nobis humiliter  
supplicarunt, ut cū eisdē valdè reddatur difficile pro singulis quærelis  
ad Sedē Apostolicā habere recursū, prouidere ipsis super hoc paterna  
diligētia curarem<sup>9</sup>. Nos igitur aduers<sup>9</sup> occupatores, detentores, mole-  
statores, & inquietatores huiusmodi, illo volentes, eisdē Praeceptori, &  
Fratribus remedio subuenire per quod ipsorū compescatur temeri-  
tas, & alijs aditus committendi similia pracludatur discretioni vestrae  
per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus  
vestrum per vos, vel alium, seu alios, etiam si sint extra loca in quibus  
deputati estis conseruatores, & iudices praecipis, Praeceptoris, &  
Fratribus efficaci defensionis praesidio assistentes non permittatis,  
eosdem super his, & quibuslibet alijs bonis, & iuribus ad Praecepto-  
rem, Fratres, & Hospitalia praedict. spectant. ab eisdem, vel quibusvis  
alijs indebitè molestari, vel eis grauamina, seu damna, & iniurias ir-  
rogari facturi, ipsis qui cum ab eis, vel aliquibus eorum, seu procura-  
tore, vel procuratoribus eorundem fueritis requisiti de praedictis, &  
alijs

alijs personis, quibuslibet super institutione Ecclesiarum, Capellarū, Hospitalium, grāgiarum, Castrorum, Villarum, casalium, terrarum, domorum, possessionum, iurisdictionum, iurium, & bonorum mobilium, & immobilium reddituum, quoque, ac prouentuum, & aliorū quoruncunque bonorum, necnon de quibuscunque oneribus, molestijs, & damnis præsentibus, & futuris in illis, videlicet, quæ iudicalem requirerent indaginem summarie simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura iudicij in alijs verò, prout qualitas eorū exigerit iustitiæ cōplemētū occupatores, seu detentores, molestatores, præsuptores, & iniuriatores huiusmodi, necnon contradictores, quoslibet, & rebelles cuiuscunque status, gradus, ordinis, vel conditionis extiterint quandocunque, & quotiescunque expedierit auctoritate Apostolica appellatione postposita compescendo inuocato ad hoc, si opus fuerit auxilio brachij sæcularis non obstantibus, tam fel. record. Bon. Papæ VIII. prædecessoris nostri, in quibus caueatur, ne quis extra suam Diocesim, ad iudicium euocetur, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra vnam dietam à fine suæ Diocesis, seu ne iudices à Sede Apostolica prædicta deputati extra Ciuitatem, & Diocesim, in quibus deputati fuerint contra quoscunque procedere, siue alij, vel alijs vices suas committere, aut aliquis ultra vnam dietam à fine Diocesis eorū trahere præsumat, seu tam de alijs, quàm manifestis iniurijs, & molestijs, & alijs, quæ iudicalem indaginem exigunt pœnis in eos, si secus egerunt, etiam id promittentes adiectis conseruatores, se nullatenus intromittant, & tam de duabus dietis in Concilio Generali dummodo ultra tertiam, vel quartam dietam aliquis extra suam Ciuitatem, & Diocesim auctoritate præsentium, non trahatur ad iudicium, quàm alijs quibuscunque constitutionibus à prædecessoribus nostris Rom. Ponti. de iudicibus delegatis, & conseruatoribus, quanquàm personis ultra certum numerum ad iudicium non vocant. & alijs æditis, qui nostram possent in hac parte iurisdictionem, aut potestatem, eiusque libero exercitio quomodolibet obiare, seu si communiter, vel diuisim aliquibus ab Apostolica, sit Sede indultum, quòd excommunicari, suspendi, vel interdici, seu extra, vel ultra certa loca ad iudicium euocari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quàm præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus, huiusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis. Cæterum volumus, & auctoritate Apostolica decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat, ac titulum etiam per vnum inchoatum, quamuis idem inchoans, nullo fuerit impedimento canonico impeditus, quòdque à data præsentium sit vobis, & unicuique in præmissis omnibus cæptis, & non cæptis præsentibus, & futuris perpetua potestas, & iurisdictione attributa, ut eo vigore, eaque firmitate possitis in præmissis omnibus, & singulis, cæptis, & non cæptis, præsentibus, & futuris, & pro prædictis procedere

re, ac si prædicta omnia, & singula coram nobis capta fuissent, & iurif-  
dictio vestra, & cuiuslibet vestrum in prædictis omnibus, & singulis  
per citationem, vel modum alium perpetua legitima extitisset con-  
stitutione. prædicta super conseruatoribus, & alia qualibet in contra-  
rium ædita non obstañ. præsentibus, perpetuis, futuris, temporibus  
duraturis. Dat. Auinione, quarto Id. Aprilis anno tertio.

Sancti spūs  
in Saxia.

Præfactorib⁹

Taxatio re-  
ctorib.

Defunctis.

**N**ICOLAUS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam  
rei memoriam: vniuersis Christi fidelibus, salutem, & Apostolicā  
benedictionem. Licet vniuersis indigentibus aperire teneamur visce-  
ra charitatis illis, tamen spiritualibus, & abundantibus, quodāmodo li-  
beralitatē gratiam debemus exhibere, qui cum sint pauperes spiritu  
spontē subeunt onera paupertatis, vt pauperibus possint copiosius  
subuenire. Cum igitur dilecti filij Magister, & Fratres Hospitalis no-  
stri Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe pro alendis, infirmis, pauperi-  
bus, ac infantibus expositis totis viribus elaborent, & ad hoc exequen-  
dum suæ facultates minimē suppetunt, nisi Christi fidelium eleemo-  
synis adiuuentur monemus vniuersitatem vestram, & hortamur in  
domino, quatenus cooperatores sitis operum pietatis cum Apostoli-  
co sentiente, quoniam qui parcē seminat, parcē, & metet vitam æter-  
nam. Nos enim de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Pe-  
tri, & Pauli Apostolorum, ac ea quam nobis dominus indulgit pote-  
state confisi omnibus, & singulis, qui de bonis sibi à Deo collatis vnū  
florenum auri papalem, vt Præceptori, Fratribus, Nuncijs, Procura-  
toribus, seu Commissarijs videbitur, & placebit dicto Hospitali con-  
tulerint pro sustentatione pauperum infirmorum, & expositorum  
infantium in dicto Hospitali degentium, dummodo de peccatis suis  
corde contriti fuerint, ac ore confessi omnem pœnitentiam pro pec-  
catis suis sibi iniunctam in mortis articulo misericorditer relaxamus  
in domino. ¶ Quòdque si fortē aliquis eorum prædictam quantita-  
tem dicto Hospitali contulerit pro animabus patris, & matris, seu  
aliorum defunctorum, qui in sinceritate Fidei, & vnitatem Sanctæ Ro-  
manæ Ecclesiæ, ac obedientia nostra, & successorum nostrorum Ro-  
manorum Pontificum contritione, atque confessione integra, si tem-  
pus affuerit, & possibilitas confitendi, ab hac vita migrauerit nos om-  
nibus huiusmodi in Christo decedētibus de misericordia Dei confiden-  
tes, de qua magis, ac magis confidimus in cælis, quam nominis ipsius  
auctoritate relaxamus in terris omnem pœnam, quam post lucem  
huius seculi pro purgandis peccatis pati mererentur auctoritate præ-  
dicta misericordiæ in domino relaxamus pariter, & indulgemus.  
Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ concessio-  
nis, & indulgentiæ infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis  
autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis  
Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, eius se nouerit incur-  
surum. Datt. Viterbij, nonis Augusti, Pont. nostri anno primo.

Sancti Spirit⁹  
in Saxia.

**C**ALIXTVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam  
rei memoriam, et si Cunctorum, Priorum, locorum indemnita,



ribus libenter, intendimus nostro tamen Hospitali Sancti Spiritus in  
 Saxia de Vrbe, Ordinis Sancti Augustini, in quo non solum paupe-  
 res, & infirmi recipiuntur, & consolantur, infantesque, expositi nutriun-  
 tur, & educantur, sed etiam plura alia pietatis, & misericordiae opera  
 incessanter fiunt eo frequentius tenemur, vt inducamur, quo illud de  
 bonis Rom. Ecclesiae fundatum, & creatum extitit sub beati Petri pro-  
 tectione medio, & nostrae Curae commissum ante oculos nostros gra-  
 uioribus expensarum oneribus conspicimus per grauatum. Dudum  
 siquidem, vt Christi fideles ad porrigendum manus adiutrices pro-  
 parando Exercitu contra Turcos atrocissimos hostes Religionis no-  
 strae Christianae celerius inducerentur omnes, & singulas indulgen-  
 tias, tam per nos, quam per alios Rom. Pont. praedecessores nostros,  
 sub quacunque verborum forma concessas, & illarum effectus omni-  
 no suspendimus, & ne quisquam illis vteretur, vel eas publicare praes-  
 sumeret praecipimus, & mandamus, prout in diuersis nostris inde  
 confectis literis plenius continetur. Cum autem plenius informati su-  
 mus Hospitalale ipsum in suis structuris ruinam minetur adeo, quod  
 nisi illis celeriter succuratur breui temporis spacio verisimiliter sunt  
 casura, Hospitalitasque inibi, absque quaestis, & fidelium suffragijs, &  
 eleemosynis mediantibus spiritualibus gratijs per Sedem Apostoli-  
 cam, eidem Hospitali concessis propterea erogandis, obseruari non  
 possit, ac etiam redditus dicti Hospitalis ad sustentandi onera illi mo-  
 dernis temporibus occurreñ. nullatenus sufficiant. ¶ Nos ne prop-  
 terea Hospitalale ipsum ad totalem ruinam deueniat, pauperesque, &  
 infirmi quorum cura nobis commissa detrimenta patiantur, motu  
 proprio, & ex certa scientia auctoritate Apostolica tenore praesentiũ  
 decernimus, & declaramus indulgentias, & gratiarum literas praefati  
 Hospitalis, tam per Eugenium III. quam per quoscunque alios Ro.  
 Pont. praedecessores nostros, sub quacunque verborum forma haec-  
 nus concessas, sub huiusmodi suspen. nostris, ac Nicolai Papa V. praed-  
 ecessoris nostri, quae cruciata cuilibet appellatur literis non fuisse,  
 nec esse comprehensas, sed omnes, & singulos Fratres, & Nuncios di-  
 cti Hospitalis, ab illius Praeceptore deputatos, & deputandos, quaestas  
 prout in eodem nostro Hospitali tenorem dictarum literarum Euge-  
 nij Pap. III. concessum est petere, colligere, recipere, & in praefati  
 Hospitalis, ac pauperum, & infirmorum huiusmodi vsum, & utilita-  
 tem conuertere, necnon literas, & indulgentias, huiusmodi vbilibet  
 publicare, & insinuare potuisse, & debuisse, ac posse, & debere in om-  
 nibus, & per omnia, ac si suspen. ac nostrae, & dicti praedecessoris lite-  
 rae non emanassent praecipieñ. & mandañ. in virtute sanctae obedi-  
 entiae, & excommunicationis poena omnibus, & singulis Archiepisco-  
 pis, Episcopis, Officialibus, Praedicatoribus, & Commissarijs, cuiuscũ-  
 que status, gradus, vel conditionis existant publicationem cruciatae  
 praedictae, & aliarum praedictarum literarum deputatis, & deputandis,  
 ac ab eisdem deputatis, & deputandis, quatenus eosdem Fratres, &  
 Nuncios, huiusmodi indulgentias, & literas praefati Eugenij praedeces-  
 soris, vbi que insinuare, & publicare, ac Confratrias facere, & quaestas  
 huius-

In suspensioe  
 generali nõ  
 comprehensa  
 quæsta.

Cruciatae

Literas & In-  
 dulgentias.  
 Praelatis &  
 comisarijs,  
 Cruciatæ.

Confratrias  
 facere quæ-  
 sta petere.

Literas cōcedant.  
Decimæ ne exigantur.

huiusmodi petere, & colligere pro sustentatione dictorum pauperū, & infirmorum permittant, eisdem præstent auxilium, & fauorem, ac literas desuper concedant gratiosas, & opportunas. Necnon ab Hospitalibus, Ecclesijs, possessionibus, & bonis ad dictum nostrum Hospitalē, mediatè, vel immediatè spectantibus, & pertinentibus, ubicunq; existentibus decimas, nullatenus exigant, nec ad illas soluendum vigore commissionis per nos eisdem Commissarijs factæ per Priores, seu Procuratores dictorum Hospitalium, & possessionum dicto Hospitali Apostolico subiectorum compellant, aut compelli faciant quomodo. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Cæterum quia difficile esset præsentēs literas ad singula, in quibus illæ necessariæ forent loca transferri volumus, & decernimus, quod earum transcripto manu Notarij publici subscripto, & dilecti filij nostri Domini. tit. Sæctæ Crucis in Ierusalem, Presbyteri Cardinalis firmam maioris Pœnitentiarij nostri sigillo munito, ea prorsus fides adhibeatur sicuti originalibus literis prædictis, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā nostræ declarationis mandati voluntatis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, eius se noverit incursum. Datt. Romæ, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M. CCCCLV. Cal. Martij, Pontificatus nostri anno primo.

Sæcti Spiritus  
in Saxia.

**I**NNOCENTIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, etsi Sedes Apostolica cunctos pauperes, & miserabiles personas maternæ pietatis officio confouere, & iuuare teneatur infantes, tamen expositos, & præsertim in nostro Hospitali Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, quod ante oculos nostros situm est, & ære, Apostolico per Rom. Pont. prædecessores nostros fundatum, & dotatum extitit, ac pluribus, & diuersis priuilegijs, & prerogatiuis insignitum singulari charitate sua clementia in visceribus charitatis completi consuevit, ac eos ita specialibus, fauoribus, & auxilijs prosequitur, quod ipsorum sustentationi, & recreationi, necnon saluti animarum fidelium illorum maximè suas operarias manus, super hoc porrigentium opportunè prouideri, & salubriter consuli valeat. Cum itaque sicut fidedignorum testimonijs accepimus, & experientia ipsa didicimus, quā plures infantes pauperes ad dictum Hospitalē dictum deferantur, & ad illud pauperes infirmi, & aliæ miserabiles personæ quotidie in copioso numero confluant, & inibi charitatiuè recipiantur, & per tractentur adeo, quod ipsius facultates ad huiusmodi pia loca exercenda non suppetunt, & in futurum verisimiliter non poterunt suppetere, nisi suffragio ipsorum fidelium adiuentur. Nos igitur cupien. quantum nobis ex alto conceditur populum Christianum Deo reddere acceptabilem, & bonorum operum sectatorem, ac necessitatibus infantium expositorum, & pauperum infirmorum, & aliarum  
mife-

miserabilium personarum huiusmodi subuenire, eosque, & alios fideles indulgentijs, & remissionibus prosequi omnibus, & singulis fidelibus, vtriusque sexus, qui vnum, vel vnā ex ipsis infantibus expositis penes se receperint, eumque seu eam, vsque ad tempus debitum lactauerint, seu lactari fecerint, ipsumque seu ipsam, vsque ad annum vnum cum dimidio proprijs expensis aluerint, seu ali fecerint, & virgines, seu domicellas expositas, apud eosdem fideles, sic vt præfertur receptas, vel aliquam aliam ex dicti Hospitalis expositis de proprijs facultatibus nupserint, seu maritauerint, aut eidem Hospitali, aliud tantum erogauerint, quod sufficiat ad lactandum, seu alendum infantes expositos, aut maritandas virgines, domicellas expositas, huiusmodi vnā, vel plures, necnon pauperibus infirmis, & miserabilibus personis, aut alijs fidelibus Christianis, quos in præfato Hospitali, etiam accedere contingerit, quod quilibet, seu qualibet ex eis aliquem idoneum Presbyterum, secularem, vel regularem in suum possit eligere confessorem, qui omnium peccatorum suorum, etiam in omnibus casibus Sedi, eidem reseruatis specialiter, de quibus corde contritus, & ore confessus, seu contrita, & confessa fuerit semel in vita, & in mortis articulo plenariam remissionem, sibi in synceritate Fidei, vnitatis Sanctæ Matris Ecclesiæ, ac obedientia, & deuotione nostra, & successorum nostrorum Romanorum Pontificum, Canonice intrantiū persistenti impendere valeat licentiā, & facultatem auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & pariter indulgemus. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Hospitalis statutis, & consuetudinibus iuramento cōfirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ concessionis, & indulti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare, præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Dat. Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, M. CCCCLXXXVIII. decimo Cal. Octobris, Ponti. nostri anno quinto,

Expositis la-  
stantibus.

Alentibus.

Maritantib.  
vel ad id ex-  
gantib.

For. g. r. i. o.

Lib. r. e. r. a. t. i. o.  
ex. e. m. p. l. i. c. i. t.

**A**LXANDER Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Vniuersis, & singulis Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Ecclesiarum, Prælati Ecclesiasticis dominis, vbique terrarum communitatibus, salutem, & Apostolicam benedictionem: attendens, quod Hospitale nostrū Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, magnum infirmorum numerum, & languentium personarum proiectorum infantium ad illud declinantium continuò habet supportare, & quod ipsius redditus ad id faciendum non suppetūt, atque nostri prædecessores Roman. Pontifices, propterea inclinati diuersas indulgentias eidem concesserunt, quibus volentes in Confraternitatem dicti Hospitalis se inscribi facere gaudeant, prout in concessionibus dictorum Rom. Pon. per nos in genere confirmatis latius cōtinetur. Nos propterea moti, ac etiam cupientes dictum Hospitale fauoribus,

Sancti Spiritus  
in Saxia.  
Cōfirmatio

Indulgentiæ  
p̄dicari pos-  
sint.

& gratijs prosequi opportunis, vt infirmi expositi prædicti melius possint in eorum necessitatibus ad dictum Hospitale se sustentare, tenore præsentium dictas indulgentias eidem Hospitali concessas confirmamus, ac etiam concedimus pariter, & indulgemus, vt indulgentiæ ipsæ, iuxta tenorem prædictarum literarum possint prædicari, & nunciari, & quæcunque eis à fidelibus porrigentur recipi, ac in utilitatem Hospitalis, & infantium expositorum, & languentium prædictorum exponi in contrarium facientibus non obsta. quibuscunque.  
Dat. Romæ apud sanctum Petrum, sub Anulo Piscatoris, die decima quarta Septembris, M. CCCXCXV. Pontifi. nostri anno quarto.

Sancti Spūs  
in Saxia.  
Cōfirmatio.

For. grato.

Libertates &  
exemptiões.

**I**V L I V S Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Dilectis filiis Præceptori, & Fratibus Hospitalis nostri Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe. Ordinis sancti Augustini, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur, quod iustum est, & honestum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Propterea dilecti nobis in Domino filij vestris iustis postulationibus parato concurrentes assensu omnes libertates, & immunitates à prædecessoribus nostris Rom. Pon. siue per priuilegia, vel alias indulgentias, & Hospitali vestro, ac Cōfraternitati S. Spiritus in illo auctoritate Apostolica institutæ concessas, necnon libertates, & exemptiones sæcularium exactionum à Regibus, & Principibus, ac alijs Christi fidelibus vobis, & Hospitali, ac Cōfraternitati præfatis rationabiliter indultas sicut eas iustè, & pacificè possidetis vobis, & per vos eidem Hospitali, & Cōfraternitati præfatis auctoritate Apostolica cōfirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis, & communitio- nis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare, præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Dat. Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, M. D. III. decimo Calend. Iunij, Pontificatus nostri anno primo.

Sancti spūs  
in Saxia.

**L** E O Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Vniuersis, & singulis Christi fidelibus, præsentibus literas inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Postquam ad Apostolatus apicem, diuina disponente clementia, fuimus assumpti considerantes Basilicam Principis Apostolorum de Vrbe, toto orbe terrarum venerandam à fel. rec. Iulio II. prædecessore nostro, ea mente demolitam fuisse, vt sumptuosissimo opere ad honorem, & gloriam omnipotentis Dei, à fundamentis sicuti, iam inceperat construeret duximus, pijs ea in re vestigijs ipsius prædecessoris nostri inherendum esse, atque adeo Basilicam ipsam, quantum in nobis fuerit dante Domino prosequi, atque perficere verum, cum tanto operi nostræ solæ, & huius sanctæ Sedis, non suppetant facultates vniuersos Christi fideles, spiritualibus gratijs, indulgentijs, & peccatorum remissionibus ad

por-

porrigendas eidem fabricæ manus adiutrices inuitamus, & vt piæ fidelium erogationes ad id vberiores forent inter suspen. quaruncunq; indulgentiarum, quibusvis Ecclesijs, Monasterijs, & Hospitalibus, etiam nostro Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, & alijs pijs locis hæcenus per prædecessores nostros Roman. Pontifi. & nos, ac Sedem Apostolicam, & eius auctoritate concessarum, à nobis emanatas per diuersas literas nostras suspendimus ad annum, siue biennium, aut ad certum aliud determinatum tempus, etiam ad beneplacitum nostrum omnes, & singulas indulgentias, & facultates per ipsos Rom. Ponti. prædecessores nostros, atque etiam per nos, & Sedem Apostolicam prædictam sacro, & Apostolico Hospitali nostro S. Spiritus in Saxia de Vrbe præfato, & eius membris hæcenus concessas, & per nos confirmatas, & extensas, prout in alijs nostris desuper æditis literis, plenius continetur, quarum tenores hic pro express. de verbo ad verbum haberi volumus. In præsentiarum autem versantes animo, quàm laudabilia, quàm innumerabilia, & valde necessaria pietatis, & charitatis opera præcipuè ad sustentandum pauperes Christi, ac Languen. curandum, necnon infantes expositos nutriendum, & puellas nubiles maritandum in dicto Hospitali nostro quotidie fiunt, & exercentur, quod que ad id exequendum propriæ ipsius Hospitalis non suppetunt facultates, nisi pijs Christi fidelium eleemosynis, & suffragijs nostris adiuuentur, atque quòd si huiusmodi, tam pia & charitatiua opera negligerentur in maximum pauperum exitium, & Deo acceptissimum fore facultates, & indulgentias plenarias, & temporales huiusmodi Præceptori, & Hospitali Sancti Spiritus, & eius membris, vt præfertur concessas deinceps non in totum suspendere, sed eas potius in aliquo limitando de nouo confirmare, prout tenore præsentium confirmamus, & limitamus, ac ad tollendum inter Commissarios fabricæ præfate, & ipsius Hospitalis nostri S. Spiritus Præceptorem, & eius Nuncios omnem dissidentia, & controuersia causam mentem, & voluntatem nostram præsentibus declarare. ¶ Idcirco præmissa omnia maturè, & attentè considerantes Motu proprio, & ex certa nostra scientia harum seriè decernimus, & declaramus, quòd durante annali, vel biennali, seu quacunque alia temporali suspen. prædicta ex quauis causa etiam cruciata contra perfidos infideles cuiunque Regi, aut Principi Christiano hæcenus concessa, vel impostèrum concedenda per nos facta, aut impostèrum quomismodo fienda indulgentia, etiã plenaria, & omnes facultates præfate eidem Hospitali nostro sancti Spiritus, & eius Præceptori, Fratibus, & membris per prædecessores nostros præfatos, & nos hæcenus concessa, non intelligantur ex toto suspen. sed in aliquo tantummodo limitata, ac in suo pristino, & vero valore, & robore, & firmitate, prout inferius existere, & permanere. Quòdque modo infra scripto, dilectus filius Alexander de Neronibus domus nostræ Magister, ac dicti Hospitalis Præceptor, & eiusdem ordinis generalis modernus, atque illius in dicta Præceptoria pro tempore successores, necnon eorundem Nuncij, Commissarij, & Procuratores, ac Priores membrorum dicti Hospitalis, de licentia præfati

Suspensiones

Santi Spiritus  
gratie & indulgentia non  
comprehenduntur in suspensionibus.

Confirmatur

Declaratio

Id festo pē-  
tecostes &  
octavo.  
Publicentur  
indulgentie  
Indulgentia  
plenaria.  
Alias ab.

Pœnitentiarij.

Cōfratracū  
indulgentijs  
vbq; præd  
cari & publ  
cari.

Quocūq; tē  
pore in qui-  
bu cūq; lo-  
cis.

In Pētecoste

Quæstas fa-  
cere possint.

Vbi cōmissa  
rij non exci-  
terint ad  
missi pprin-  
cipes nō fue-  
rint.

Magistri Generalis, & non aliter singulis annis durā. suspē. huius-  
modi in festo Pentecostes, & per eius octauam inclusiue, indulgentias  
plenarias, & generales omnium peccatorum remissiones, vbq; Prio-  
res, verò prædicti in domibus, & Hospitalibus suis, absque Hospitali  
nostro de Vrbe dependē. duntaxat solemniter, etiam cum processio-  
ne, & appositione truncorum, & Crucis in medio Ecclesiarum publi-  
care, ac illas quibuscunque Christi fidelibus porrigē. manus adiutri-  
ces pro sustentatione dicti Hospitalis, vel eius membrorum omnibus  
priuilegijs, indultis, gratijs, participationibus, & peccatorum remis-  
sionibus, iuxta Romā. Pon. prædecessorum nostrorum concessionē,  
& nostram partiri. ¶ Pœnitentarios, quoque etiam cum virgis, vt  
moris est desuper deputare, & alia facere, quæ circa huiusmodi facul-  
tatum indulgentiarum, & peccatorum remissionum, vsu, executione-  
nem, & concessionem necessaria fuerint, seu quomodolibet oppor-  
tuna. ¶ Quoddamque iuxta tenorem literarum, sub plumbo, tam à fel.  
rec. Sixto IV. quā ab omnibus alijs Romā. Summis Pontifi. præ-  
decessoribus nostris emanarunt, ac secundum extensionem per nos  
desuper factam antiquas, & nouas sanctas Confratrias Sancti Spiritus  
omni tempore, & in quibuscunque locis publicare, & prædicari facere,  
atque instituere ordinare, & erigere, ac quoscunque Christi fideles in  
Confratres recipere, & illis confessionalia, iuxta formam solitam, &  
tenorem literarum præfati, & aliorum Roma. Ponti. concedere, ac  
cum eisdem Confratribus tantummodo omnibus, & singulis gratijs,  
facultatibus, priuilegijs, immunitatibus, plenarijs indulgētijs, & pecca-  
torum remissionibus prædictis quocunque tempore, & in quibus-  
cunque locis liberè vt etiam in illis partibus, & locis in quibus in-  
dulgentiæ nostræ pro fabrica dictæ Basilicæ Principis Aposto-  
lorum de Vrbe publicatæ existant. ¶ Necnon, quod Priores,  
& Præceptores quoruncunque Hospitalium, & domorum sancti  
Spiritus ab Hospitali nostro de Vrbe dependentium, & illud in caput  
suum recognoscentium si in Sacerdotio constituti per se, vel alium,  
seu alios. Si verò non fuerint Sacerdotes per alios probos, idoneos,  
honestos, viros, cuiusvis secularis, vel regularis ordinis in Sacerdotio  
constitutos confessiones, quoruncunque in Hospitalibus, & domibus  
suis prædictis solummodo audire, & cum huiusmodi confitentes, qui-  
buscunque facultatibus, & indulgentijs, ac peccatorum remissionum,  
vti ac easdem illis de licentia dicti Præceptoris generalis in Festo Pē-  
tecostes, & per eius octauam, inclusiue duntaxat, vt præfertur impar-  
tiri plenè, & liberè possint. Alijs verò temporibus sint sicuti alij Sacer-  
dotes, nullam à Sede Apostolica facultatem habentes. Possint tamen  
quæstas solitas, & consuetas, citra publicationem indulgentiarum, &  
traditionem confessionalium omni tempore in terminis suis pro  
sustentatione domorum, & Hospitalium suorum de mandato, & li-  
centia præfati Præceptoris facere. ¶ Cæterum, quod Præceptor, &  
Nuncijs eius, vel Commissarijs præfati omnibus locis in quibus dile-  
ctij filij, Fratres, & professores Ordinis Minorum, de Observantia S.  
Francisci, aut Commissarij nostri Apostolici pro dicta fabrica depu-  
ti,

ti, vel deputandi commissiōem á nobis, desuper non haberent, siue per Principes locorum ad publicationem indulgentiarum nostrarum pro fabrica præfata, nequaquam fuerint admissi quascunque facultates, & indulgentias præfatas solemniter, ut præmittitur, utique cum appositione truncorum, & crucis in Ecclesijs publicare, & facultatibus gratijs, priuilegijs, concessiōibus, dispensationibus, plenarijs indulgentijs, & peccatorum remissionibus, ac omnibus alijs prædictis dicto Hospitali nostro hætenus concessis, vti illasque liberè, & licitè, etiam cum Poenitentiarijs ab eis deputandis, ut præfertur exercere, & quibuscunque indistinctè impartiri, & concedere, liberè, & licitè possint, & valeant, ac si nulla vnquam per nos, seu prædecessores nostros Roman. Pontif. de dictis indulgentijs, & facultatibus Hospitali præfato, & eius membris quouis tempore, & ex quauis causa concessis suspensio, seu derogatio, ex prædicta, vel alia quauis causa facta fuisset prædictis literis suspensionis, sub quibusvis verborum formis, & clausulis, etiam derogatorijs, derogatorijs, fortioribus, efficacioribus, & insolitis, etiam occasione cuiusvis cruciatæ per nos concessæ, vel impofterum per nos, aut successores nostros concedendæ ad instantiam, cuiuscunque emanatis, & emanandis, quibus illas pro inser-tis, & sufficienter expressis habentes, quo ad effectum præsentium harum serie in totum derogamus, cæterisque in contrarium facientibus non obsta. quibuscunque, & ne quisquam per falsos quæstores, & Nuncios, sub nomine Sancti Spiritus defraudari possint, ac ad tollendas emulationes, & dissensiones, quæ inde per præfatos Nuncios Sancti Spiritus, & Commissarios nostros fortasse exoriri possent, demumque ut omnia, & singula præmissa ritè, & canonicè quantum cum Deo fieri potest fiant, & dispensentur, volumus, decernimus, & per præsentem declaramus; quòd durante suspensione nostra præfata, duntaxat prædicti Nuncij, & Commissarij Sancti Spiritus in locis, in quibus prænominati fratres, & professores Ordinis Minorum de Observantia, vel Commissarij nostri Apostolici pro dicta fabrica actu extiterint, & inibi iubilium publicauerint non possint alicui confessionalia concedere, absque subscriptione, & sigillo ipsorum Fratrum, vel Commissarij Apostolicorum, aut vnus deputati ab ipsis fratribus, vel Commissarijs Apostolicis prædictis vnà cum subscriptione, & sigillo Commissarij Sancti Spiritus. Et si Fratres, aut Commissarij ipsi Apostolici in loco, in quo commissiōem, & admissiōem habuerint ab ipsis Nuncijs Sancti Spiritus, vel eorum substituto requisiti legitime, & cum effectu fuerint vnus ad id infra triduum deputare remissauerint, siue neglexerint tunc liceat liberè dictis Nuncijs, & Commissarijs Sancti Spiritus, absque alio ipsorum requisitorum interuentu Confratrias instituere Confratres recipere, & illos describere, eisdem confessionalia, absque sigillo, & subscriptione huiusmodi liberè, & licitè concedere. Quòdque dicti Confessores, seu Fratres, & Commissarij Apostolici subscribentes confessionalia Confratrum Sancti Spiritus debeant habere librum duplicatum Confratriarum cum ipsi Nuncijs Sancti Spiritus, in quo describantur nomina Confratrum

Liberepubli-  
cari & predi-  
cari possint.

Non obsta.  
suspensione  
&c.  
Etiã occasio-  
ne cruciatæ  
concessæ vel  
concedendæ.

In locis in  
quibus actu  
extiterint &  
inibi &c.  
Non possint  
&c. ergo alibi  
& alias  
possunt.  
Licet absque  
subscriptione.

Prælati. &c

In nō obed.

Omnipotē  
dulgentias pu-  
blicare.  
Quæstas fa-  
cere.

Suspēn. non  
obstan.

Trāsumptis  
fides habeat-  
ur.

acceptatorum, & pecuniam solutam, tam pro ingressu, quam pro alia  
quacunque gratia, vel compositione, sine casu in super, inde professo-  
res Ordinis Minorum, seu Commissarij nostri Apostolici in locis, qui-  
bus pro fabrica præfata fuerint admissi, & inibi ubi publicabitur in-  
dulgētia pro dicto nostro Hospitali S. Spiritus debeant habere, &  
tenere, apud se vnam clauem capsæ in qua ponuntur piæ fidelium  
erogationes, & eleemosynæ inde prouenturæ. Quæ omnia, & singula  
volumus, ac sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, quam fe-  
rimus in his scriptis, in contrafacientes omnibus, & singulis, supra  
nominatis professoribus Ordinis Minorum de Observantia, & eorū  
Generali Vicario, ac Commissarijs nostris Apostolicis, & Præceptori,  
ac Nuncijs Sancti Spiritus tenore præsentium, præcipimus, & manda-  
mus ab omnibus, & singulis, & quocunque eorundem irrenocabili-  
ter obseruari mandantes, & præcipientes districtè omnibus, & singu-  
lis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs omnibus locorum  
Ordinarijs, Abbatibus, Prioribus, Generalibus, Ministris, Prouincia-  
libus, Guardianis, verbi Dei Prædicatoribus, Parochialium, Ecclesia-  
rum, Rectoribus, Monachis, & Canonicis regularibus, ac Fratibus,  
etiam Minoribus de Observantia Sancti Francisci, alijsque omnibus,  
& singulis, Religiosis, personis, secularibus, & regularibus, tam Men-  
dicantium, quam quoruncunque aliorum Ordinum, etiam quibus-  
vis secularibus Principibus, etiam Imperiali, seu Regali dignitate ful-  
gentibus, qui pro parte Præceptoris Hospitalis Sancti Spiritus in Sa-  
xia de Vrbe, aut Nunciorum, seu Commissariorum, eius prædictorū  
requisiti fuerint in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunica-  
tionis latæ sententiæ pœna, quam in non obedientes præsentibus li-  
teris, & decreto nostris ferimus in his scriptis, quatenus Præceptori,  
Nuncijs, & Commissarijs prædictis Sancti Spiritus per Dioceses, iu-  
risdictiones, Parochias, Regna, & loca sua, quæcunque dictas indulgē-  
tias, & facultates solenniter, vt præmittitur omni tempore publica-  
re, & prædicare, ac ipsis facultatibus, gratijs, & indulgentijs, vti, & illa-  
rum occasione quæstas facere Confratrias Sancti Spiritus instituere  
Cōfratres recipere, & eleemosynas colligere, vt præfertur, & nō aliter  
permittant, quinimo ipsis Præceptori, Nuncijs, & Commissarijs San-  
cti Spiritus præsentibus, vel earum transsumptum autenticum deferen-  
tibus faueant, & auxilium præstent, ac ad omnem illorum requisitio-  
nem dictas indulgē. & facultates populis in Ecclesijs suis, iuxta præ-  
sentium tenorem declarent, & promulgent per ipsos Nuncios, vel  
alios verbi Dei Prædicatores prædicari, & declarari faciant, & permit-  
tant suspensione, inhibitione, decreto, & mandato nostris, super præ-  
missis factis, vel faciendis, ceterisque in contrarium facien. non ob-  
stañ. quibuscunq; Verum quia difficile foret præsentibus literas ad sin-  
gula quæcunque loca, vbi expediens fuerit deferre volumus, & aucto-  
ritate Apostolica decernimus, quod transsumptis præsentium litera-  
rum manu Præceptoris, & scribe, siue Notarij dicti Hospitalis nostri  
Sancti Spiritus subscriptis, & sigillo capitulari, eiusdem Hospitalis  
munitis plena fides in iudicio, & extra adhibeatur, prout eisdem ori-



ginalibus literis adhiberetur si essent exhibita vel ostensa. Quodque transumptis praefatis subscriptiones, & sigillum huiusmodi non habentibus nulla fides adhibeatur constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrarijs non obstantibus. Datt. Romae apud Sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris, die VII. Martij M.D.XV. Pontificatus nostri anno secundo.

**L**EO Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam: vniuersis, & singulis venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filijs, Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Archidiaconis, Canonicis, alijsque in Dignitate Ecclesiastica constitutis, ac Sacerdotibus, & Clericis, Curatis, & non Curatis, secularibus, & regularibus, exemptis, & non exemptis. Necnon Regibus, Ducibus, Marchionibus, Principibus, Baronibus, & alijs quacunque seculari dignitate fulgentibus, ac Officialibus quocunque nomine censeantur, Communitatibus, & Vniuersitatibus, hominibus, & particularibus personis Christi fidelibus, vbiq; existentibus ad quos praesentes nostrae litterae deuenierint, salutem, & Apostolicam benedictionem. In Apostolicae Sedis specula disponente domino constituti animum nostrum ad ea libenter intendimus per quae Hospitalibus, & pijs locis Deo dicatis commodè subueniatur. Cum itaque Sacrum, & Apostolicum Hospitale nostrum Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, quod in visceribus gerimus charitatis à praedecessoribus nostris Roma. Pontifi. fundatum, atque dotatum in iuuandis infirmis pauperibus Christi sustentandis, & puellis nubilibus maritandis, atque infantibus expositis educandis, & quorum ibidem copiosus numerus continuo existit graues, diuersasq; expensas quotidie subeat ad quod exequenda proprie ipsius Hospitalis non suppetat facultates, nisi pijs Christi fidelium erogationibus, & charitatiuis subsidijs adiuuetur, & foueatur nos ea more pij patris attentè considerantes, ac eidem Hospitali, & eius membris de alicuius subuentionis auxilio, quantum cum Deo possumus prouidere volentes, eosdem Christi fideles omnes ad pietatis, & charitatis opera allecitiuis indulgentiarum muneribus inuitauimus, & indulgentias, atque gratias spirituales per praedecessores nostros Rom. Pont. benefactoribus praefati Hospitalis, & praefatis membris haecenus concessas, confirmauimus, & ampliauimus. Cumque in praesentiarum pro his exequenda dilectus filius Alexander de neronibus dicti Hospitalis nostri Praeceptor, & Ordinis eiusdem Generalis Magister deputauerit, nonnullos Nuncios, & Commissarios suos ad diuersas mundi partes pro publicandis, & concedendis indulgentijs, & gratijs spiritualibus praedictis per eosdem praedecessores nostros, per nos nuperrimè Christi fidelibus, pro subuentione praedictarum miserabilium personarum, aliquid pie erogantibus concessis, & confirmatis cum facultate, ab eisdem Christi fidelibus elemosynas, & pias erogationes, ac charitatiua subsidia huiusmodi petendi, colligend. excipiend. deuotionem, & charitatem vestram in Domino hortamur, atque paterna requirimus charitate, vt

Sacrispirit  
in Saxia.  
Vniuersis.

Procuratores recipiant

Com-

Sine impedi-  
méto & præ-  
cio.

Pœnaln re-  
belles.

Nuncios &  
cómmissarios

Ordinarijs

Præclū pro  
licentia.

Faveant.

In negligén-  
tes.

Ipsi nuncijs  
pœnas & cœ-  
suras.

Commissarios, & Nuncios prædicti nostri Hospitalis Sancti Spiritus  
& membrorum eius præsentium, seu earundem legitimi transumpti  
latores, & vera mandata à præfato Præceptore decreta, & concessa de-  
ferentes ad publicationem, & declarationem ipsarum indulgentiarum,  
atque ad eleemosynarum, & piorum subsidiorum collectionem, &  
exactionem pro dictis nostris operibus benignè admittent. & eosdem  
cum favore, & charitate prosequi velitis, nullum eis impedimentum  
inferendo, neque ab eisdem pro publicationis præmissorum conces-  
sione aliquid petendo, vel exigendo, ut de tam pio sanctoque opere  
cumulatam à Deo retributionem, & à nobis, atque ab hac sancta Sede  
vberem commendationem, & gratiam expectare, & consequi possi-  
tis, vobis vero alijs omnibus, & singulis personis Ecclesiasticis, quacū-  
que Ecclesiastica, etiam Archiepiscopali, vel Episcopali dignitate ful-  
geñ. supra nominatis, & cuilibet vestrum, qui pro parte Præceptoris,  
vel Nunciorum eius prædictorum fuerit requisitus in virtute sanctæ  
obedienciæ, & sub excommunicationis, latæ sententiæ, ac mille duca-  
tis auri pro vna mediate, prædicto Hospitali nostro, pro alia fabricæ  
Principis Apostolorum de Vrbe applicandorum pœnis, in quas harum  
serie contra faciend. omnes, & non obediend. ipso facto incurrend. de-  
claramus tenore præsentium districtè præcipiend. mandamus, quate-  
nus eosdem Nuncios, & Commissarios, Præceptoris, & Hospitalis  
nostri Sancti Spiritus prædicti, ac membrorum eorundem Præcep-  
tores, & Procuratores, & eorum quemlibet, seu cuiusvis illorum le-  
gitimos substitutos pro executione, & expeditione præmissorum de-  
putatos in Dominicis Diocesis, Parochijs, & Ecclesijs vestris ad  
publicationem, & declarationem ipsarum indulgentiarum, & elec-  
mosynarum, ac subsidiorum supradictorum collectionem, & exactio-  
nem, atque Confraternitatem Sancti Spiritus institutionem benignè,  
& gloriosè, & absque aliqua contradictione, & impedimento re-  
cipiatis, & admittatis, & quilibet vestrum admittat, & recipiat, illisq;  
in huiusmodi publicationibus, & collectionibus faveant, & auxiliunt  
præstent. ¶ Nullus quoque locorum ordinarius, seu Ecclesiarum  
Rector, aut Notarius, scriba, vel officialis quouis nomine censeatur,  
sub similibus pœnis, & censuris Ecclesiasticis contra faciend., ipso fa-  
cto incurrendis audeat, seu quouis prætextu præsumat pro licentia,  
& admissione huiusmodi concedenda, aliquam pecuniarum summam,  
præter vnum ducatum auri, imo ordinatione Martini V. prædecesso-  
ris nostri peten. recipere, aut quoquomodo contra voluntatem, præ-  
dict. Præceptorum, vel Nunciorum eius, siue Procuratorum mem-  
brorum prædicti Hospital. quæstas suas ordinarias facere volentium  
exigeñ. scilicet, quilibet pro posse, donec negocium huiusmodi fuerit  
expeditum in Ecclesijs, & locis vestris eisdem favere, & adesse velit se-  
cundum ordinationes per prædecessores nostros in huiusmodi insti-  
tutas, & per nos nuper confirmatas. Siquis autem, quod absit contu-  
maciter, his nostris parere neglexerit euiden. ex nunc, pro ut ex tunc  
excommunicatum esse, & in censuras, & pœnas prædictas incurrisse  
declaramus, per præsentis mandam. & expresse concedentes Præcep-  
tori,

tori, & eius Nuntijs præfatis, & cuilibet eorum, vt præfatos contuma-  
ces, postquam illos requisuerint, & parere neglexerint declarare, pu-  
blicare excommunicatos, vbique purè, & liberè valeant priuilegijs, &  
indult. immunitatibus, exemptionibus, statutis, concessionibus, con-  
stitutionibus, & ordin. Apostolicis, etiam iuramento confirmatione  
Apostolica confirmatis, cæterisque contrarijs non obstañ. quibuscū. **Declarent.**  
que. Verum, quia difficile foret præsentibus literas ad singula, quæque  
loca, ad quæ expediens fuerit deferrè volumus, & auctor, Apostolica  
decernimus, quod earum transumptis vnus, vel duorum Notario- **Transumpti**  
rum publicorum manu scriptis, & alicuius Prælati sigillo munit. ea **pti fides.**  
prorsus fides in dubia adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si ef-  
sent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud sanctum Petrū, sub Au-  
lo Piscatoris, die xxvj Mar. M. D. XV. Ponti. nostri anno tertio.

**L**E O Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei me- **Sancti Spiritus**  
moriam. Vniuersis, & singulis venerabilibus fratribus Patriar- **in Saxia.**  
chis, Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filijs Abbatibus, Prioribus,  
Præpositis, Archidiaconis, Canocis verbi Dei prædicantibus, alijsque  
in dignitate Ecclesiastica constitutis, Parochialium Ecclesiarum Re-  
ctoribus, ac Sacerdotibus omnibus Curatis, & non Curatis, tam secu- **Vniuersis.**  
laribus, quam regularibus, exemptis, & non exemptis ad quos præ-  
sentes nostræ peruenerint, salutem, & Apostolicam benedictionem.  
Cum alias plures Summi Rom. Pont. prædecessores nostri, pro suste-  
natione pauperum Christi, ac infantium expositorum nutrimento,  
& languentum cura, & subsidio, atque puellarum maritandarū sub-  
uentione, quorū in Hospitali nostro Sancti Spiritus in Saxia de Vr-  
be, & illius membris copiosus numerus continuo existit notabiles, &  
magnas gratias spirituales facultates, & plenarias indulgentias bene-  
factoribus ipsius Hospitalis, & membrorum eius, atque Confratribus  
Sancti Spiritus concesserunt, & nos nuper sperantes, quòd huiusmo-  
di elemosynæ, & charitatiua subsidia in sustentationem, & nutri-  
mentum prædictorum integrè conuerterentur præmissorum pieta-  
tis, & nostræ operum intuitu, quæ in ipso Hospitali nostro, & eius  
membris quotidie fiunt easdem confirmauerimus, atque ampliaueri-  
mus non, absque graui animi molestia à dilecto filio Alexandro de Ne-  
ronibus dicti Hospitalis moderno Præceptore, & Ordinis eiusdem  
Generali Magistro in præsentiarum percepimus, quòd nonnulli ini-  
quitatis filijs salutis animarum suarum, prorsus immemores dictas  
elemosynas, & charitatiua subsidia pro eodem Hospitali nostro, &  
membris collectas, & collecta occultare, ac tum usurpare, & Hospita-  
le, atque Præceptorem, quo ad possunt defraudare non erubescit in  
eorundem animarum manifestum periculum, & Hospitalis, ac Præ-  
ceptoris prædictorum maximum detrimentum, & præiudicium. **Infraudatæ**  
**Qui** bus fraudibus, quantum cum Deo possumus occurrendo opportune **& occultam**  
prouidere volentes vobis omnibus, & singulis, & cuilibet vestrum in **tantes. &c.**  
virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis late sententiæ,  
ac suspensionis à Diuinis, & ab ingressu Ecclesiæ poenis præcipimus, &

mandamus per presentes ne deinceps ex eleemosynis, & charitatiuis subsidijs predictis, quicquam publicè, vel occultè, ex quavis causa uolenter contra ipsius Præceptoris, qui pro tempore erit, vel induorum eius detinere, aut occupare presumat, seu quilibet vestrum presumat, quinimo omnes, & singulas eleemosynas, & charitatiua subsidia huiusmodi in locis, & Ecclesijs vestris collectas, & collecta Præceptoris, & eius Nuncijs præfatis realiter, & cum effectu integrè consignetis, nec à quoquam, tam in confessionibus audiendum, quam in alijs quibuscunque exercitijs, & actibus negocium huiusmodi tagentibus, quicquam ultra eleemosynam à Confratribus Sancti Spiritus, vobis deputatam extorquere, aut recipere audeatis, seu quilibet vestrum audeat. Nos enim harum serie contra omnes defraudatores, & detentores predictos excommunicationis sententiam ferimus, in his scriptis mandantes vobis, & cuilibet vestrum, sub similibus censuris, & poenis quatenus occupatores, & occultos detentores eleemosynarum, & subsidiorum huiusmodi, quoties pro parte dicti Præceptoris, vel Nuntiorum, & Procuratorum eius requisiti fueritis, aut alter vestrum fuerit requisitus omnes, qui tam de collectis, aut occasione Confratriarum de exactis, vel non solutis annuatim, ut moris est debitis detinet, quam qui de colligendis infuturum detinebunt, aut occultabunt publicè in Ecclesijs vestris, dum populi multitudo ad diuina audienda conuenerit excommunicatos fuisse esse campanis pulsatis cadelis accensis, & demum in terra proiectis, & extinctis pronuncietis, & declaratis, ac ab alijs vbique eum per cedulas publicari, & declarari faciatis, sicuti nos harum serie, ex nunc prout, ex tunc excommunicamus declarantes, nullum predictorum occupatorem, vel detentorem, ab huiusmodi censuris quoquam, etiam à Commissarijs nostris pro fabrica sancti Petri deputatis, præterquam à nobis absolui posse, nisi extra unum quicquid detineat occupatum predictis Commissarijs pro muneribus, & Nuncijs Sancti Spiritus integrè satisfecerint, ac restituerint cum effectu. Commissarios, quoque Procuratores, & Nuncios sancti Spiritus præfatos, qui fortè, quòd absit Præceptorem, & Hospitale huiusmodi in ipsis eleemosynis, & charitatiuis subsidijs vndecunque prouenientibus colligendis, quoquomodo defraudare, presumpserint similiter excommunicare, & anathemate innodatos, postquam id commiserint fuisse, & esse declaramus à quibus absolutam, & per Præceptorem predictum assignatam præfens ipsi Præceptoris, & cum effectu restituerint, & sic per presentes ordinamus, decernimus, & declaramus in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. ¶ Verum, quia difficile foret, presentes literas ad singula, quæque loca, ad quæ expediens fuerit defferre volumus, & auctoritate Apostolica decernimus, quod illarum transumptis vnus, vel duorum Notariorum publicorum manu subscriptis, & alicuius Prælati, vel alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, sigillo munitis, ea prorsus fides indubia adhibeatur. Quæ presentibus nostris adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostentæ. Dat. Rom. apud sanctum Petrum,

Ad requisitione publicentur.

Inimistros fraudantes.

Transumpt.

trum, sub Anulo Piscatoris, die xvij. Aprilis. M. D. XV. Pontificatus nostri anno tertio.

**I**VLIVS Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Catholicorum Regum, & Principum votis illis præsertim, per quæ Christi fidelium, animarum saluti consulitur libenter annuimus, ea que favore beniuolo cõfouemus sanè pro parte charissimi in Christo filij nostri Ferdinandi Aragoniæ, & Siciliæ Regis, & charissimæ in Christo filiæ nostræ Ioannæ, ipsius Ferdinandi Regis Natæ, Castellæ, & Legionis Reginæ. Illustrium exhibita nobis nuper petitio continebat. Quod alijs, vniuersis, & singulis Cõfratribus Hospitalis Regalis, nuncupati Compostellan. cuius ipse Ferdinandus Rex, & Ioanna Regina Fundatores, & Administratores existunt, & Officialibus, & alijs personis dicti Hospitalis, Apostolica fuit auctoritate indultum. Quod Confratres, Officiales, & personæ prædictæ: certatunc expressa Ecclesiis, seu Altaria Quadragesimalium, & alijs annidiebus, quibus nonnullæ Urbis Ecclesiæ pro stationibus consequendis à Christi fidelibus visitantur deuotè visitando, omnes, & singulas indulgentias, ac peccatorum remissiones consequerentur, quas Christi fideles præfati dictas Urbis Ecclesiis diebus, huiusmodi visitantes consequuntur. Et quia dicti Confratres, Officiales, & aliæ personæ quibus diebus, quæ Ecclesiæ Urbis pro stationibus, huiusmodi consequendis visitare solent certam non habent notitiam, & propterea possent concessio eis à Sede Apostolica beneficio prædicto sepius defraudari desiderant dies ipsos, vt illos in visitatione Ecclesiarum, seu Altarium per eos ad effectum dictas indulgentias consequendi, vt præmittitur facienda diligenter obseruant sigillatim, & respectiuè nostris literis annotari, quia pro parte Fernandi Regis, & Ioannæ Reginæ prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, vt singulos dies huiusmodi describi, & annotari, vt præfertur mandare: aliasque in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati singulos dies prædictos, etiam ordine eorum, vsque quaque seruato præsentibus in modum sequentem describi, & annotari fecimus. Die Cinerum quæ est Feria quarta Sanctæ Sabinæ Feria quinta Sancti Gregorij, ad velum aureum. Feria sexta Sanctorum Ioannis, & Pauli, Sabbato sequenti Sancti Triphonis primo die Dominico Quadragesimæ Sancti Ioan. Lateran. & Principis Apostolorum. Feria deinde secunda Sancti Petri ad Vincula. Feria tertia Sanctæ Anastasiæ. Feria quarta Sanctæ Mariæ Maioris nuncupatæ. Feria quinta Sancti Laurentij in Palisperna. Feria sexta XII. Apostolorum Sabbato sequenti, eiusdem Principis Apostolorum secundo die, Dominico Quadragesimæ Sanctæ Mariæ in Nauicula. Feria deinde secunda Sancti Clementis. Feria tertia Sanctæ Balbinæ. Feria quarta Sanctæ Cecilie. Feria quinta Sanctæ Mariæ in Transtiberim. Feria sexta Sancti Vitalis, Sabbato sequenti Sanctorum Marcellini, & Petri Martyrum. Tertio die Dominico Quadragesimæ Sancti Laurentij, extra muros Urbis. Feria deinde secunda Sancti

Sancti Iacob  
bi in Cõpo-  
stella.

Barra x.  
Basilione.

Almema

Loggato  
& d'Almeida

Stationū vrbis  
Romæ de  
signatio in  
xl.

In  
post

In  
mentis

In  
liber

Sancti Marci. Feria tertia Sanctæ Potentianæ. Feria quarta Sancti  
 Sixti. Feria quinta Sanctorum Cosmæ, & Damiani. Feria sexta Sancti  
 Laurentij in Lucina. Sabbato sequenti Sanctæ Susannæ. Quarto die  
 Dominico Quadragesimæ Sanctæ Crucis in Ierusalem. Feria deinde  
 secunda Sanctorum Quatuor Coronatorum. Feria tertia Sancti Lau-  
 rentij in Damaso. Feria quarta Sancti Pauli. Feria quinta Sancti Syl-  
 uestri. Feria sexta Sancti Eusebij. Sabbato sequenti Sancti Nicolai in  
 carcere Tulliano. Quinto die Dominico Quadragesimæ, eiusdem  
 Principis Apostolo. Feria deinde II. Sancti Cryflogoni. Feria tertia  
 Sancti Quirici Feria III. Sancti Marcelli. Feria V. Sancti Apollinaris.  
 Feria VI. Sancti Stephani in Cælio Monte. Sabbato sequenti Sancti  
 Ioann. Ante Portam Latinam. Die Dominico in Palmis, eiusdem  
 Sancti Ioannis Lateraneñ. Feria deinde secunda Sanctæ Praxedis. Fe-  
 ria tertia Sanctæ Priscæ. Feria quarta, eiusdem Sanctæ Mariæ Maio-  
 ris. Feria quinta, eiusdem Sancti Ioan. Lateraneñ. Feria sexta, eiusdē  
 Sanctæ Crucis in Ierusalem. Sabbato sequenti, eiusdem Sancti Ioann.  
 Lateraneñ. In die Paschatis, eiusdem Sanctæ Mariæ Maioris. Feria de-  
 inde secunda, eiusdem Principis Apostolorum. Feria tertia Sancti  
 Pauli. Feria quarta Sancti Laurentij extra Muros. Feria quinta Duo-  
 decim Apostolorum. Feria sexta Beatæ Mariæ ad Rotundam. Sab-  
 bato sequenti Sancti Ioannis Lateraneñ. Die Dominico in Albis Sã-  
 cti Pancratij, Præter ea à media Quadragesima, vsque ad Octauam  
 Paschatis quo tempore in Ecclesia, domus Beatæ Mariæ de Populo,  
 intra, & propè muros Urbis aperitur tabernaculum, in quo recondita  
 est deuota imago, eiusdem Beatæ Mariæ Virginis, ipsaque imago in-  
 terim cunctis patet dicta Sanctæ Mariæ de Populo, die quolibet, & die  
 vigesima, mensis Martij, prædicta Sanctæ Crucis in Ierusalem. Et infe-  
 sto Sancti Marci, quo solennis quedam processio in Vrbe celebratur,  
 eiusdem Sancti Marci. Et in hebdomada rogationum. Feria secunda  
 Principis Apostolorum, & Feria tertia Sancti Ioann. Lateraneñ. Et  
 Feria quarta Sanctæ Mariæ Maioris. Et in Festo Ascensionis Domini  
 cæ Principis Apostolorum. Et in festo Pentecostes, eiusdem Principis  
 Apostolorum. Feria deinde secunda Sancti Petri ad Vincula, & Feria  
 tertia Sanctæ Anastasiæ. Et Feria quarta Sanctæ Mariæ Maioris, & Prin-  
 cipis Apostolorum. Et Feria quinta Sancti Laurentij extra Muros. Et  
 Feria sexta Duodecim Apostolorum. Et Sabbato sequenti Principis  
 Apostolorum, etiam in obseruatione Quatuor Temporum de men-  
 se Septembris, Feria quarta Sanctæ Mariæ Maioris. Et Feria sexta duo-  
 decim Apostolorum, Sabbato sequenti Principis Apostolorum, nec-  
 non primo in Aduentu Domini Sanctæ Mariæ Maioris. Et secundo  
 Sanctæ Crucis in Ierusalem. Et tertio diebus Dominicis Principis  
 Apostolorum. Et Feria quarta Quatuor Temporum dicti Aduen-  
 tus Sanctæ Mariæ Maioris. Et Feria sexta Duodecim Apostolorum.  
 Et Sabbato sequenti Principis Apostolorum. Et quarto die Domi-  
 nico, eiusdem Aduentus Duodecim Apostolorum. Et in Vigilia Festi  
 Natiuitatis Dominicæ, ac in ipso festo Sanctæ Mariæ Maioris. Et in fe-  
 sto Sancti Stephani, eiusdem Sancti Stephani in Cælio Monte. Et in  
 festo

Extra. xl.  
Stationes.

Amedla. xl.

In Rogatio.  
& deinde.

In. III. j. tēp  
pori<sup>9</sup> sept:

Indictis ad  
uentus.

In III. tēpo  
rib<sup>9</sup> aduēt<sup>9</sup>.

festo Sancti Ioannis Euangelistæ; Sanctæ Mariæ Maioris. Et Sancti  
 Ioannis Lateranen. & Sancti Syluestri. Et in celebritate Innocentium  
 Sancti Pauli, ac in festo Circumcisionis Dominicæ Sanctæ Mariæ ad In natuita  
te dñi. &c.  
 Fontes Olei. Et in Festo Epiphaniæ Principis Apostolorum. Et in die  
 Dominico in Septuagesima Sancti Laurentij extra Muros. Et in die  
 Dominico in Sexagesima Sancti Pauli. Et die Dominico in Quinqua  
 gesima præfati Principis Apostolorum. Ecclesiæ, & Basilicæ pro dictis Septuagesi-  
ma. &c.  
 indulgentijs, & remissionibus consequendis: à Christi fidelibus præfa-  
 tis visitari, respectiuè consueuerunt. Nulli ergo omnino hominum, li-  
 ceat hanc paginam nostræ descriptionis, & annotationis infringere,  
 vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attētare præsump-  
 serit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli  
 Apostolorum, eius se nouerit incursum. Datt. Romæ apud Sanctū  
 Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo  
 septimo, quarto Cal. Nouembr. Pont. nostri anno quarto, sumptum  
 ex registro literarum Apostolicarum Coll. per me Melchiorem dicti  
 Registri Magistrum, & concordat.

### *Sancti Iacobi in Compostella.*

**I**VLIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei me- Sancti Spūs  
in Saxia.  
Cōfirmatio  
 moriam illius qui in altis habitat, & humilia respicit, licet impari-  
 bus meritis vices gerentes in terris circa Hospitalium, & aliorum  
 piorum locorum quorumlibet statum salubriter dirigendum pater-  
 nis, & sollicitis studijs intendentes ea libenter concedimus per quæ  
 Hospitalium prædictorum, præsertim Catholicorum Regum impen-  
 sis constructorum, pauperumque, & miserabilium ad illa pro tempo-  
 re confluentium, & in illis deseruientium personarum indemnitati-  
 bus consulatur, & opportunitatibus subueniatur, ipsaque Hospita-  
 lia, prout Regum præfatorum deuotio exposcit prosperis auctore  
 domino iugiter porficiant incrementis. Dudum siquidem à nobis  
 emanarunt literæ tenoris subsequenti. Iulius Episcopus, seruus ser-  
 uorum Dei, ad perpetuam rei memoriam ad Romani Pontifices spe-  
 ctat officium suorum prædecessorum inherendo vestigijs, illa quæ  
 per ipsos prædecessores laudabiliter, ac prouida ratione pro paupe-  
 rum, & miserabilium personarum necessaria subuentione, & alias cō-  
 cessa sunt sui muniminis robore confirmare, vt eo maiorem obti-  
 neant roboris firmitatem, quæ sepius fuerint Apostolico præsidio  
 communita: dudum siquidem à fel. rec. Innocentio Papa VIII. præde- Innocē. v. Iij  
 cessore nostro emanarunt literæ tenoris subsequenti. Innocentius  
 Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, & si  
 com misso nobis desuper Apostolicæ seruitutis iugo Ecclesijs, & pijs  
 locis omnibus, vt earum priuilegia conseruentur assistere teneamur  
 officio pietatis Hospitali, tamen nostro Sancti Spiritus in Saxia de  
 Vrbe, illiusque personis, locis, & membris in eorum priuilegijs, & iu-  
 ribus conseruandis eo fauorabilius nos adesse conuenit, & illa nostri  
 muniminis præsidio firmitus stabiliri, quo Hospitale ipsum nostræ  
 Curæ specialius est cōmissum in nostris propinquius adherere visce-

Honorius.  
Cōpositio.

De vltis ta  
pulis incen  
dijs. &c.

De vlti. vo-  
luntatibus.  
Votorū re-  
dēptiō.  
Hiero. exce-  
ptō.  
Iuramētis.  
Epis vt ad-  
mittant.  
Benefactori-  
bus.  
Indulgentia  
plenaria.

Bonifacius.

Remissio  
plenaria.  
Ecclesiasti-  
ca

Interdictū  
pore in ad-  
uētū nuncio-  
rum.

Vrbānus. v.

Confessor.  
Absolutio  
plena.  
remissio ple-

Cōfratrib.  
In mortis  
articulo.  
Limitatio  
quantitatis  
cum alijs.  
Clemēs. v.

Confatrib  
Confessor.  
Remissio  
plenaria in  
morte.

ribus charitatis: dudum siquidem fel. rec. Honorius Papa IV. præde-  
cessor noster, dilectis filijs, Magistro, & Fratibus Hospitalis nostri  
Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, Ordin. Sancti Augustini, vt de vsu-  
ris, rapinis, incendijs, præter Ecclesiarum incendia damnis, datis, &  
alijs rebus malè acquisitis, si quibus eorum restitutio fieri debeat in-  
ueniri, seu sciri non possent, necnon de his quæ indistinctè ad pios  
vltus in vltimis voluntatibus relinquebantur, ac etiam de redemp-  
tionibus votorum Ierosolymitano duntaxat, excepto de iuramentis  
temerè attentatis diuinorum Officiorum obmissionibus, & nonnullis  
alijs casibus componere possent, & in vsus pauperum dicti Hospi-  
talis conuertere concessit mandans vniuersis Archiepiscopis, Epif-  
copis, & alijs Ecclesiarum Prælati, ac personis Ecclesiasticis,  
vt Fratres, & Nuncios dicti Hospitalis ad præmissa admitterent, &  
omnibus, qui Fratibus ipsis de bonis sibi à Deo collatis, subuenirēt  
relaxare septimam partem iniunctæ pœnitentiæ, ac concessit plenariā  
remissionem in mortis articulo largientibus, seu transmittentibus de  
bonis suis eidem Hospitali. Et deinde Bonifacius Papa VIII. & etiam  
prædecessor noster, omnibus benefactoribus dicti Hospitalis conces-  
sit tres annos, & totidem quadragenas indulgentiarum, in certis festi-  
uitatibus, tunc expressis, & in octauis dictarum festiuitatum, singulis  
illarum diebus, & singulis diebus Quadragesimæ, & singulis diebus ve-  
neris totius anni vnum annum, & quadraginta dies largientibus ve-  
rò, aut transmittentibus de bonis suis eidem Hospitali pro sustenta-  
tione pauperum, concessit plenariam remissionem à pœna, & culpa  
in mortis articulo, & personis Ecclesiasticis, tam viris, quàm mulieri-  
bus, quæ circa diuina Officia aliquid obmississent, & de bonis suis ei-  
dem Hospitali largientibus defectus remisit, ac voluit, quod in aduen-  
tu Magistri, & Fratrum ad loca interdicta Ecclesie aperirentur, & ia-  
nuis apertis in illis diuina Officia celebrarentur, corporaque, tunc de-  
cedentium Ecclesiasticæ sepulture traderentur, & descripti in libro  
Confratrie dicti Hospitalis tempore interdicti decedentes Ecclesiasti-  
cæ sepulture, etiam traderentur, & successiuè Vrbānus Papa V. etiam  
prædecessor noster, concessit omnibus benefactoribus dicti Hospi-  
talis, vt Confessorem idoneum eligere possent, qui ipsos semel in vita  
absoluere posset in omnibus casibus, etiam Sedi Apostolicæ reserua-  
tis, concessit etiam omnibus Confratribus dicti Hospitalis, in ipsius  
Confratrie libro descriptis soluendo in eorum introitu dictæ Confra-  
trie, triginta denarios Turoneñ. argēti, & quolibet anno, vnum simi-  
lem denarium, plenariam remissionem à pena, & culpa, & in mortis  
articulo. Et quòd Magister, Commendatores, & Fratres possent limi-  
tare dictam quantitatem illam soluere nequeuntibus cum certis alijs  
indultis, & insuper Clemens Pap. V. similiter prædecessor noster, si-  
miles indulgentias, & remissiones concessit, ac subsequenter Euge-  
nius Papa IV. similiter prædecessor noster, etiam omnibus, & singu-  
lis, tam Ecclesiasticis, quàm secularibus, vtriusque sexus fidelibus, qui  
in Confraternitate huiusmodi recepti, & in illius libro descripti fo-  
rent, ac tres florenos auri de Camera in principio receptionis ipsorū,  
nec-



necnon successiué annis singulis vnum grossum, quorum decem vnū  
 florenum, similem constituerent. Camemario dicti Hospitalis persol-  
 uerent, quod singuli Sacerdotes idonei per eos, post solutionem triū  
 florenorum huiusmodi eligendi eis in mortis articulo, plenariam re-  
 missionem concedere possent, ac eos semel in vita absoluerent in omni-  
 bus casibus, etiam Sedi Apostolicę reseruatis voluit, & decreuit præ-  
 terea Martinus Papa V. etiam prædecessor noster, pro vt in literis  
 Eugenij IV. de super in forma rationi congruit confectis plenius con-  
 tinetur, certis iudicibus dedit in mandatis, vt omnibus, & singulis, tã  
 ordinarijs delegatis, eorumque officialibus, ac quibusvis dominis tẽ-  
 poralibus, & alijs ad hoc deputatis tabellionibus, atque scribis, cuius-  
 cunque status, gradus, dignitatis, vel præminentię, aut conditionis  
 forent, vt pro licentia adhibenda, vel præstanda, & super ea literis te-  
 stimonialibus conficiendis sigillandis, & concedendis à prædictis Fra-  
 tribus, Nuntijs, & personis singulis annis singulis pro litera, & licen-  
 tia qualibet ultra vnum florenorum auri de Camera non peterent,  
 seu reciperent, aut exigi, & recipi permitterent, quodque super deci-  
 mis, & fructibus alijs Ecclesiasticis terrarum, agrorum, vinearum ad  
 præfatum Hospitale spectantiū Nuncios, & Fratres, & personas Hof-  
 pitalis prædicti, illiusque loca, & membra non grauarent, sub excom-  
 municationis pœna, ipso facto mandauit decernens irritum, & inane:  
 si secus super his, à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignorã-  
 ter contingeret attentari. Rursus Ioannes Papa XXII. etiam præde-  
 cessor noster concessit Magistro, & Fratribus prædictis, vt possent cõ-  
 ponere de vsuris, rapinis, incendijs, & alijs præmissis, pro vt Hono-  
 rius Pap. III. concesserat idem Innocentius Papa III. etiam prædeces-  
 sor noster, fundator dicti Hospitalis dedit, & concessit ad fidem, & de-  
 uotionem fidelium, ac salutem animarum Hospitale prædictum visi-  
 tantibus, & omnia eius membra à festo Natiuitatis Domini nostri  
 Iesu Christi singulis diebus, vsque ad octauam eius, duo millia anno-  
 rum, & octingentos annos indulgentiarum. Item idem Innocentius,  
 concessit Hospitali prædicto, & eius membris singulis festiuitatibus  
 Apostolorum duo millia annorum indulgentiarum. Item Innocen-  
 tius prædictus concessit Hospitali prædicto, & eius membris singulis  
 diebus, totius anni vnum annum, & quadraginta dies indulgentiarū.  
 Item Alexander Pap. III. similiter prædecessor noster, concessit Hof-  
 pitali prædicto, & eius membris, à festo Sancti Spiritus de mense Ia-  
 nuarij singulis diebus, vsque ad octauam eiusdem anni, quatuor mil-  
 lia annorum, & octingentas quadragenas, & remissionem septimæ  
 partis omnium peccatorum de indulgentijs. Et Dominica in qua cã-  
 tatur pro introitu Missæ, Omnis terra, Alexander prædictus conces-  
 sit Hospitali prædicto, & eius membris omnibus, & singulis primis  
 diebus Dominicis mensium totius anni, tria millia annorum, & toti-  
 dem quadragenas, & remissionem tertiæ partis omnium peccatorū.  
 Alexander prædictus, concessit Hospitali prædicto, & eius membris,  
 in festo Corporis Christi, singulis diebus, vsque ad octauam, duo mil-  
 lia annorum, & remissionem septimæ partis omnium peccatorum.

Absolu. ple-  
naria in vitaMartinus, v  
Eugenij. iij.

Licentia?

Decimis?

Ioan. xxiij.  
Cõpositio?

Innoc. iij.

Visitantib?  
In festis?Alexander?  
iij.

**Celest. in. v.** Celestinus Papa V. concessit Hospitali prædicto, & eius membris à festo Epiphaniæ, vsque ad octauam singulis diebus, centum millia annorum de indulgentijs. Item Celestinus Papa VI. concessit Hospitali prædicto, & eius membris in festo Natiuitatis Virginis Mariæ, & per octauam singulis diebus, triginta annorum de indulgentijs. Item Clemens V. concessit Hospitali prædicto, & eius membris, à festo Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, vsque ad octauam eius singulis diebus, duo millia annorum, & octingentos annos de indulgentijs.

**Bonifac. v.** Item Bonifacius Papa V. concessit Hospitali prædicto, & eius membris, à festo Ascensionis Domini nostri Iesu Christi, singulis diebus, vsque ad octauam eiusdem, duo milia annorum, & octingentos annos de indulgentijs. Item Clemens Papa VI. concessit Hospitali prædicto, & eius membris, à festo Pentecostes, vsque ad octauam eius singulis diebus, octo millia annorum, & octo millia quadragenarum, & remissionem omnium peccatorum plenariam. Itē Innocentius Pap. VI. concessit Hospitali prædicto, & membris eius, in festo Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, vsque ad octauam eius singulis diebus, duo millia annorum, & duo millia quadragenarum de indulgentijs.

**Remissio plenaria. Innoc. vj.** Item Benedictus Pap. IV. concessit Hospitali prædicto, & eius membris, à festo omnium Sanctorum, vsque ad festum sancti Leonardi, tria millia annorum, & totidem quadragenarum de indulgentijs. Summa dierum veniæ à Summis Pontificibus, sexaginta Archiepiscopis, etiam septuaginta Episcopis in Consistorio Lateranens. auctoritate Apostolica confirmatorum septingentos annos, & totidem quadragenas, summa Missarum totius Ordinis per annum, triginta duo milia, & totidem Psalteria à fratibus, qui sunt ordinis. Præterea est concessum eisdem benefactoribus Fraternalitatis, & Confraternitatis in Missis, Matutinis, Vigilijs, Ieiunijs, eleemosynis, quæ fiunt in toto ordine in perpetuum. Item Nicolaus Pap. V. prædecessor noster, Archiepiscopis, & Episcopis virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna iniunxit, vt dum fratres dicti Hospitalis, ad eorum loca pro eleemosynis colligendis, accederent illos benignè recipientes ipsos eleemosynas huiusmodi querere permitterent, ac Hospitalia, & membra dicti Hospitalis ab omni iurisdictione, quorumcunq; Ordinariorum exemptis, & illa sub sua, & Beati Petri protectione suscepit. Ita, vt nullus fratres dicti Hospitalis excommunicare, aut loca, & membra ipsius Hospitalis Ecclesiastico interdicto, supponere posset decernens, ex tunc irritum, & inane. Si secus super his, à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contingeret attentari, ac certa alia eisdem fratribus, & locis indulget in forma communi. Demum vero Sixtus Pap. IV. similiter prædecessor noster, omnes libertates, immunitates, & indulgentias, tam à fel. rec. Bonifacio Pap. V. Urbano VI. Ioanne XXII. Alexandro V. Innocentio V. Martino V. Eugenio IV. Nicolao V. Calixto III. Pio II. Et Paulo etiam II. Rom. Pontificibus, quàm alijs prædecessoribus suis, siue per priuilegia, siue alias indulgentias Magistro, Fratribus, ac Hospitali prædictis, & membris eiusdem eatenus concessas illas, pro sufficienter expressis habens,

ac si de verbo ad verbum insertæ fuissent, necnon libertates, & exē-  
 ptiones secularium exactio-  
 num á Regibus, & Principibus dicto Hos-  
 pitali membris, & locis eis subiectis concessas, auctoritate Apostolica  
 approbauit, confirmauit, pro vt in literis singulorum prædecessorum  
 desuper confec. quarum, ac omnium aliorum præmissorum tenores,  
 ac si de verbo ad verbum infererentur præsentibus habere volumus,  
 pro expresso plenius continetur; quare pro parte dilecti filij Pij eius-  
 dem Hospitalis Magistri, & Fratrum aliorum Hospitalium mem-  
 brorum, & locorum dicto Hospitali subiectorum nobis fuit humili-  
 ter supplicatum, vt concessionibus, indultis, statutis, decretis, relaxa-  
 tionibus, & alijs præmissis pro illorum subsistentia firmiori robur  
 Apostolicæ confirmationis adijcere, aliasque in præmissis opportu-  
 ne prouidere de benignitate Apostolica dignaremur Nos igitur, qui  
 Hospitale prædictum, tãquã nobis peculiare nostris specialiter geri-  
 mus in visceribus charitatis, huiusmodi supplicationẽ. inclinati cõces-  
 siones, indulta, statuta, decreta, relaxationes, & literas prædictas cū om-  
 nibus, & singulis in eis cõtētis clausulis, cæteraq; præmissa auctoritate  
 Apostolica, tenore præsentium, approbamus, & cõfirmamus, ac præsen-  
 tis scripti patrocinio communimus decerneñ. illa omnia, & singula  
 perpetuæ firmitatis robur obtinere. Non obstantibus constit. & ord.  
 Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus Hospitalis & ordinis præ-  
 dictorum iuramento confirmatis Apostolica, vel quauis firmitate alia  
 roboratis, cæterisq; contrarijs quibuscũq; Nulli ergo omnino homi-  
 nũ liceat, hanc paginã nostræ approbationis, confirmationis, cõmuni-  
 cationis, & cõstitutionis infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si  
 quis autem hoc attentare, præsumpserit indignationem omnipoten-  
 tis Dei, ac Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli eius, se nouerit in-  
 cursurum. Dat. Rom. apud sanctum Petrũ, anno Incarnationis Do-  
 minicæ, millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto, duodeci-  
 mo Cal. Aprilis, Pontifi. nostri anno secundo. Innocentius Episco-  
 pus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Et si Sedes  
 Apostolica multos pauperes, & miserabiles personas, maternæ pieta-  
 tis officio confouere, & iuuare teneatur infantes tamen expositos, &  
 præsertim in Hospitali nostro sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, quod  
 ante oculos nostros situm est, & ære Apostolico per Romanã. Pontifi.  
 prædecessores nostros fundatum, & dotatum extitit, ac pluribus, &  
 diuersis priuilegijs, & prærogatiuis insignitum in singulari charitate,  
 seu clementia in visceribus charitatis complecti consueuerit, ac nos  
 ita specialibus fauoribus, & auxilijs prosequimur, quòd ipsorum su-  
 stentationi, & recreationi, necnon salutì animarum fidelium illorum  
 maximè suas operarias manus, super hoc porrigentium opportunè  
 prouideri, & salubriter consuli valeat, cum itaque, sicut fidedignorũ  
 testimonijs accepimus, & experientia ipsa didiscimus, quàm plures  
 infantes pauperes ad dictum Hospitale dietim deferentur, & ad illud  
 pauperes miseri, & aliæ miserabiles personæ quotidie in copioso nu-  
 mero confluunt, & inibi charitatiuè recipiuntur, & pertractantur,  
 & adeo, quod ipsius facultates ad huiusmodi, pia opera exercenda nõ  
 suppetunt, & in futurũ verisimiliter suppetere non potuerũt, nisi susa-

Confirmati  
Innoce. viij

Innoce. viij

Infantē reci-  
pientibus.

Locati. pue-  
llas matris.

Electio.

Absolutio.  
in om. casu.

Iustus. ij.

Medicatib.  
ut predicet.

fragio ipsorum fidelium adiuuentur. Nos igitur cupientes, quantum no-  
bis ex alto conceditur populū Christianum Deo reddere acceptabilē,  
& bonorū operū sedatorem, ac necessitatibus infantium expositorū  
& pauperū infirmorū, & aliarū miserabiliū personarū huiusmodi sub-  
uenire, eosq; & alios fideles indulgentijs, & remissionibus prosequi  
omnibus, & singulis fidelibus, vtriusq; sexus, qui vnū, vel vnā ex ipsis  
infantibus expositis, penes se receperint eūq; seu eā, vsq; ad tēpus de-  
bitū lactauerint, seu lactare ipsum, seu ipsā ad annos vnū cū dimidio  
proprijs expens. aluerint, seu ali fecerint, & virgines seu domicellas ex-  
positas apud eosdē fideles, sic vt præfertur receptas, vel aliquā aliā ex  
dicti Hospitalis expositis de proprijs facultatibus nupserint, siue ma-  
ritauerint, aut eidē Hospitali illud tantū erogauerint, quod sufficiat ad  
lactādū, seu alēdū infantes expositos, aut maritādas virgines domicel-  
las expositas huiusmodi vnā, vel plures, necnon pauperibus infirmis,  
& miserabilibus personis, ac alijs fidelibus Christianis, quos in præfa-  
to Hospitali, etiā decedere contigerit, quod quilibet seu quælibet ex  
eis aliquē idoneum Presbyterū secularē, vel regularem in suū possit  
eligere Confessorē, qui omnium peccatorū suorum, etiā in omnibus  
casibus eidē Sedi specialiter reseruatis, de quibus corde contritus, &  
ore confessus, seu contrita, & confessa fuerit semel in vita, & semel in  
mortis articulo, plenariā remissionē, sibi in sinceritate fidei vnitatem  
sanctæ Matris Ecclesiæ, ac obedientia, & deuotione nostra, & successo-  
rum nostrorum Rom. Pont. canonicē intrantiū persistenti impende-  
re valeat licentiā, & facultatem auctoritate Apostolica tenore præsen-  
tium concedimus, & pariter indulgemus constitutionibus, & ordi-  
nationibus Apostolicis, ac dicti Hospitalis statutis, & consuetudini-  
bus iuramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia ro-  
boratis, cæterisq; contrarijs non obsta. quibuscunq;. Nulli ergo om-  
nino hominū liceat, hanc paginā cōcessionis, & indulti infringere, vel  
ei ausu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attētare, præsumpserit in-  
dignationē omnipotētis Dei, ac Beatorū Petri, & Pauli Apostol. eius,  
se nouerit incurfurū. Dat. Rom. apud sanctū Petrū, anno Incarnat.  
Dominicæ, millesimo quadringentesimo octuagesimo octauo, deci-  
mo Cal. Octob. Pont. nostri anno quinto. Quare pro parte dilecti fi-  
lij Albertini de Ruere Præceptoris dicti Hospitalis, & totius Ordinis  
Magistri Generalis, nobis fuit humiliter supplicatum, vt singulis lite-  
ris prædictis pro illarum subsistentia firmiori robur nostræ approba-  
tionis adijcere, ac alias in præmissis opportunè providere de benigni-  
tate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui eorūdē prædecessorū no-  
strorū vestigijs inherētes Hospitale prædictū, & illius mēbra, propter  
multiplicia charitatis opera, quæ in illis exercentur gerimus in visceri-  
bus nostræ dilectionis, huiusmodi supplicationibus inclinati singulas  
litteras prædictas, auctoritate Apostoli. tenore præsentium innouamus,  
& approbamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere debere decer-  
nimus, & nihilominus, omnibus, & singulis Generalibus, Ministris,  
Prioribus, Prouincialibus, Guardianis, Fratibus, & Religiosis, qua-  
tuor, & Ord. Mendicantiū, etiā Minorū Observantia nuncupatorū,  
prædicatorū Eremitorū sancti Augusti. necnoc B. M. de Monte Car-  
me-

meli in virtute sanctæ obedientiæ, præcipimus, & mandamus, quatenus postquam pro parte dicti Præceptoris fuerint super hoc requisiti singulas literas prædictas, ac in illis contenta, quæcunq; in eorū Ecclesijs, Capellis, domibus, & alijs pijs locis Dominicis, & alijs festiuis diebus infra Missarū, & aliarū diuinarū horarum solēnia clero, & populo prædicare, publicare, & intimare, ac prædicari, publicari, & innuari facere procurent. Et insuper, quia difficile foret præsentem literas ad singula loca, ad quæ expediens fuerit defferre volumus, & dicta Apostolica auctoritate decernimus, quod transumptis præsentium literarū manu Notarij publici subscriptis, & sigillo præfati Præceptoris, vel alterius Prælati Ecclesiastici munitis, plena fides adhibeatur in iudicio, & extra illud, prout eidē originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostēse non obstantibus constitutionibus, & ordinatis Apostolicis, ac Hospitalis, & ordinis prædictorū iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, necnō omnibus illis, quæ in singulis literis prædictis cōcessum est non obstare, cæterisq; contrarijs quibuscūq;. Nul- li ergo omnino hominū liceat, hanc paginā nostræ innouationis, approbationis, cōstituti, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attentare, præsumpserit indignationē omnipotentis Dei, ac Beatorū Petri, & Pauli Apostolorū eius, se nouerit incurfurū. Dat. Rom. apud sanctum Petrū, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexto, quinto Cal. Aug. Pont. nostri anno tertio. ¶ Et deinde exhibita nobis nuper, pro parte charissimi in Christo filij nostri Ferdinandi Aragonū, Ierusalem, & Siciliæ Regis, ac charissimæ in Christo filix Ioannæ Castellæ, & Legionis Reginae Catholicorū Illustriū petitio continebat, quod alias dicti Ferdinandus Rex, & Claræ me. Helizabet dictorū Castellæ, & Legionis, tūc Regina coniuges cupientes in eorū terreno Regno fundamēta ædificiorū facere, supra quæ in Cœlesti Regno ædificarent, ac considerantes, quod in Ciuitate Cōpostellana, ad quam ex omnibus ferè nationibus magna Christi fideiū Ecclesia sancti Iacobi in Cōpostella visitantiū, in qua corpus Beati Iacobi Apostoli, honorificentissimè reconditū existit in dies confluebat multitudo, nullūq; condecens Hospitale, in quo peregrini Ecclesiam ipsam visitantes recipi, & hospitari possent existerat Ferdinandus Rex, & Helizabet Regina præfati Regi Regū, a quo vniuersa, quæ habebant receperant per charitatis opera, ea fidelibus subueniendo placere studentes in dicta Ciuitate in certo loco illius, ad id commodo, & idoneo vnum Hospitale Regiū nuncupatū insigne, in quo dicti peregrini, & alij Christi pauperes reciperentur, & alia pietatis ministeria exhiberētur, & in eo duas casatillas, seu mansiones vnā pro viris, & aliam pro mulieribus sumptuosas, & magnificis ædificijs construi, & ædificari fecerunt, prout ad præsens construitur, & ædificatur, illudque competenter dotarunt, & in eo seu eius Ecclesiæ Rector, seu administrator Capellani, Clerici, & ministri, & alij seruitores instituti, & deputati fuerūt, & sicut eadē petitio subiūgebat Rex, & ipsius, ac Helizabet Regina, prædictorū filia Ioanna Regina præfata, tā ob singularē deuotionis affectū, quā ad Hospi-

Trāscripta.

Hęc ipsa cō-  
 ceduntur.  
 Sācto Iaco.  
 in cōpostel.  
 Regū peti.  
 Priuilegi.  
 &c.

Regū peti.

Præiūle. &c.

Altas digna  
remur.  
Concessio.

Exemptio.

tale Regiū & Ecclesiarū S. Iacobi, huiusmodi gerūt, quā etiā ob clarā in quōdā Helizabet Reginae prædictæ, ac effectiōne illius cuperēt Hofpitale ipsū Regiū priuilegijs, & in munitatibus decorari, & in eo Hofpellanos, Clericos, & ministros, omnesq; alios, & singulos in eo pro tēpore existētes, ab omni vexatione, molestia, seu perturbatione redimi. Ita, quōd in quiete, & trāquillitate Hospitalis vtilitati, & pauperū & peregrinorū necessitatib<sup>9</sup> cōmodè intēdere possēt. Quare pro parte Regis, & Ioā. Regi. prædictorū: nobis fuit humiliter supplicatū, quatenus eorū pio desiderio annuētes, ac vtilitatibus Hospitalis Regij, & illius Eccles. eorūq; personis huiusmodi cōsistentes Hospitale Regiū, & illius Eccles. cū cameris mēbris, seu mātionibus, & pertinētijs suis, necnō Rectorē, seu administratorē, Capellanos, & Clericos, ministros, seruitores, gubernatores, visitatores, ac omnes, & singulas, vtriusq; sexus, illius personas, nūc, & pro tēpore existētes, ac omnia, & singula Hospitalis Regij Eccles. & personarū prædictarū bona mobilia, & immobilia, & se mouētia, iura, & actiones, quæcūq; præsentia, & futura ab omni iurisdictione, correctiōne, superioritate, dominio, visitatione, & potestate venerabilis fratris nostri moderni, & pro tēpore existentū Archiepis. Cōpostella. quibus ipsa Ciuitas Cōpostellana, in spiritualibus, & tēporalibus subiicitur, eorūq; in spiritualibus, & tēporalib<sup>9</sup> Vicariorū, Officialiū, Delegatorū, Cōmissariorū, & aliorū quorūcūq; penitus, & omnino eximere, & totaliter liberare, ac pro tēpore existēt. Rectorē, seu administratorē, & Capellanum maiorē, Sedi Apostolicæ immediatē, alios vero Capellanos, Clericos, & personas Eccles. Capellano maiori laicas verō, & alias singulares personas, huiusmodi administratori, seu Rectori prædictis, nūc, & pro tēpore existētibus subiicere, ac quōd Hospitale Regiū, & illius Eccles. Rectorēs, administratores, Capellani, & aliæ personæ pro tēpore existētes eorūq; bona præfata omnibus, & singulis, & illis prorsus similibus præinsertis, & alijs priuilegijs, prærogatiuis, gratijs, exēptionibus, immunitatibus, libertatibus, indulgētijs, præeminētijs, fauoribus, & indultis, quibus S. Spiritus in Saxia de Vrbe, & alia omnia, & singula in dictis Regnis existētia Hospitalia, & eorū Præceptores, administratores, seruitores, ministri, & aliæ personæ, & bona vtuntur, potiuntur, & gaudēt, seu vti frui potiri, & gaudere poterūt quomodolibet in futurū, vti potiri gaudere possint, & debeāt cōcedere, & indulgere, aliasq; in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica obligaremur. ¶ Nos igitur, qui Hospitaliū eorūq; bonorū pauperūq; & infirmorū necessitatib<sup>9</sup>, & vtilitatibus, ac personarū prædictorū in eis deseruiētū cōmodis, & quieti cōsisti synceris desiderijs affectamus huiusmodi supplicationibus inclinati Hospitale Regiū prædictū, & illius Eccles. cū cameris mēbris, seu mātionibus, & pertinētijs suis, necnō Rectorē, seu administratorē, Capellanos, Clericos, ministros, seruitores, gubernatores, visitatores, & omnes singulares, vtriusq; sexus, illius personas, nunc, & præsens tēpore in eo existētes, ac omnia, & singula Hospitalis Regij Eccles. & personarū prædictorū bona mobilia, & immobilia, & se mouētia iura, & actiones, quæcūq; præsentia, & futura ab omni iurisdictione

atione, correctione, superioritate, dominio, visitatione, & potestate  
 moderni, & pro tēpore existētiū Archiep. Epif. eorūq; in spirituali  
 bus, & tēporalibus Vicariorū, officialiū, delegatorū, Cōmissariorū prę  
 dictorū, & aliorū quorūcūq; auctoritate Apostolica, tenore presētiū  
 penitus, & omnino eximimus, & totaliter libaramus, ac pro tempore  
 existētes Rētorē, seu administratorē, & Capellanū maiorē, Sedi Apo  
 stolicę immediatē alios verò Capellanos, Clericos, & personas Eccle.  
 Capellano maiori, ac laicos, & alias singulares personas huiusmodi ad  
 ministratori, seu Rētori prædictis, nūc, & pro tēpore existētib; su  
 bijcimus: ita, quòd Archiep. Vicarij, officiales, Cōmissarij, delegati, &  
 personę præfati, aut quicūq; alij præter Ro. Pon. pro tēpore existētē,  
 quo ad Rētorē, administratorē, & Capellanū maiorē, & quo ad alios  
 Capellanos, Clericos, & personas Eccles. præter Capellanū maiorē, &  
 quo ad alias singulares personas huiusmodi, præter Rētorē, seu ad  
 ministratorē præfatos respectuē in eos, etiā ratione delicti cōtractus,  
 vel rei, de qua agitur vbiq; cōmittatur delictū iniatur cōtractus, aut  
 res ipsa cōsistat, nullā iurisdictionē, visitationē, superioritatem, corre  
 ctionē, dominiū, potestatē, vel auctoritatē exercere, aut excōmunica  
 tionis, suspētionis, interdicti, aut qualvis alias cēsuras, sentētias, & pœ  
 nas, & multas promulgare nō possint, omnesq; & singulos processus,  
 sentētias, cēsuras, & pœnas, & multas quas, & quos per Archiep. Vi  
 carios, officiales, Cōmissarios, delegatos, & personas præfatas, secus ha  
 beri, agitari, & promulgari cōtigerit, & quæcūq; pro tēpore inde secu  
 ra nulla irrita, & inania nullius roboris, vel momēti fore decernimus  
 & declaramus, & insuper, quod Hospitale Regiū, & illius Ecclesia, ac  
 Rētor, seu administrator, Capellani, & alię personę pro tēpore in  
 eodē Hospitali Regio existētes, eorūq; bona præfata præmissis, ac om  
 nibus, & singulis alijs, & illis prorsus similibus privilegijs, prærogati  
 uis, gratijs, exēptionibus, immunitatibus, libertatib<sup>9</sup>, indulgētijs, præe  
 minētijs, fauoribus, & indultis, quibus præfati S. Spirit. in Saxia, & alia  
 omnia, & singula in dictis Regnis existētia Hospitalia, & eorū Pręcep  
 tores, administratores, seruitores, ministri, & alię personę, & bona v  
 tūtur, potiūtur, & gaudēt, seu vti potiri, & gaudere poterūt quomodo  
 libet infuturū, vti potiri, & gaudere possint, & debeāt in omnibus, &  
 per omnia perindē, ac si Hospitali Regio, seu illius Eccl. & personis  
 præfatis specialiter, & expressē cōcessa fuissent auctoritate, & tenore  
 præmissis statuimus, & ordinamus. ¶ Pręterea omnib<sup>9</sup>, & singulis Rē  
 torib<sup>9</sup>, seu administratorib<sup>9</sup>, visitatorib<sup>9</sup>, gubernatorib<sup>9</sup>, & Capella

Fructus bñe  
 ficiorū in ab  
 sentia.

dū in eisdē minimē teneātūr, nec ad id á quoquā quauis auctoritate inuiti valeant coarctari, eisdē auctoritate, & tenore de specialis dono gratiæ cōcedimus, & indulgemus. Nō obstantibus, si Rectores, seu administratores, gubernatores, visitatores, & Capellani præfati in eisdē Eccles. siue locis primā nō fecit personalē residētīā consuetā, nec non fel. re. Innoc. Pap. VIII. circa exēptos, quæ incipit. Volentes, ac Bonif. etiā VIII. Rom. Pont. prædeces. nost. per quā cōcessionēs de percipiēdis fructibus in absentia, sine præfatione tēporis fieri prohibentur, & quibuslibet alijs Apostolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Cōsilijs æditis specialibus, vel generalibus cōstitutionē. & ordinat. statutis quoq; & cōsuetudinibus Eccles. siue locorū, in quibus beneficia huiusmodi forsan fuerit iura mēto cōfirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, etiā si de illis seruādis, & nō impetrandis literis Apostolicis cōtra ea, & literis ipsis nō vtēdo, etiā ab alio, vel alijs impetratis, vel alias quouis modo concessis Rectores, seu administratores, gubernatores, visitatores, & Capellani præfati per se, vel eorum Procuratores præstiterint hætenus, vel imposterū, eos præstare cōtingerit forsan iuramētū cōtrarijs quibuscūq; aut si locorum ordinarijs præfatis á dicta sit Sede indultū, vel imposterū indulgeri cōtingat, quod Canonicos, Rectores, & personas Eccles. & locorū suorū Ciuitatū, & Dioces. etiā in Dignitatibus, personatibus, administrationibus, & officijs cōstitutos per subtractionē prouentuū suorū beneficiorū Ecclesiast. vel alias cōpellere valeant, ad residendū personaliter in eisdē, seu si ordinarijs prædictis, & dilectis filijs dictarū Eccles. Capitulis, vel quibusvis alijs cōmuniter, vel diuisim ab eadē sit Sede concessū, vel imposterū cōcedi contigerit, quod Canonicis, Rectoribus, & personis dictarū Ciuitatū, & Dioces. etiā in dignitatibus personatibus administrationibus, vel officijs cōstitutis in illis nō residentibus, vel qui in eis personalē primā non fecerint residentīā consuetā fructus, red. & prouētus, suorū beneficiorū Eccles. ministrari in absentia minimē teneātūr, & ad id cōpelli non possint per literas Apostolicas, non facientes plenā, & expressā, ac de verbo ad verbū de indulto huiusmodi mentionē, & quibuslibet alijs priuilegijs, indulgentijs, & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus, quorūcūq; tenorū existāt, per quæ præsentibus nō expressa, vel totaliter non inserta effectus huiusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorūq; totis tenoribus habēda sit in nostris literis mentio specialis prouiso, quod beneficia huiusmodi debitis, propterea nō fraudētur obsequijs, & animarum cura in eis, si qua illis immineat nullatenus negligatur, sed per bonos, & sufficiētes Vicarios, quibus de ipsorū beneficiorum prouētibus necessaria cōgruē ministrētūr exerceatur, & deseruiatur inibi laudabiliter in diuinis. Nulli ergo omnino hominū liceat, hāc paginā nostrę exēptionis, liberationis, subiectionis, decreti, declaratio. statuti, ordinationis, cōcessionis, & indulti infringere, vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attentare, præsupserit indignationem omnipotētis Dei, ac Beatorū Petri, & Pauli Apostolorū eius, se nouerit incurfurū. Dat. Rom. apud S. Petrū, anno Incarnat. Domin. millesimo quingentesimo duodecimo, pridie Cal. Maij, Pōt. nost. an. nono.

Conseruato  
rec.

¶ Simili modo venerabilibus fratribus Mindoniē. & Luceñ. Episco.

ac



ac dilecto filio Decano Eccles. Cōpostellañ. salutem, & Apostolicā benedictionē hodie Hospitale Regiū Ciuitatis Cōpostellañ. expensis, & sūptibus charissimi in Christo filij nostri Ferdinā. Arago. Sicilię, & Ierusalē Regis Catholic. & Illust. ac Clarę me. Halizabet Castellæ, & Legionis Regine cōstructū, & edificatū, illiusq; Eccles. cū Cameris, mēbris, seu māsonibus, & pertinentijs suis, necnon dilectos filios illius Rectorē, seu administratorem, Capellanos, Clericos, ministros, seruitores, gubernatores, visitatores, ac omnes, & singulos, vtriusq; sexus, illius personas, nūc, & pro tēpore existentes, ac omnia, & singula Hospitalis, Eccles. & personarū predictarū, bona mobilia immobilia, & semouentia, iura, & actiones, quęcūq; presentia, & futura ab omni iurisdictione, correctione, superioritate, dominio, visitatione, & potestate venerabilis fratris nostri moderni, & pro tēpore existentis, Archiepiscopi Cōpostellañ. eximimus, & totaliter liberauimus, ac Rectorē, seu administratorem, & Capellanū maiorem Sedi Apostol. immediatē, alios vero Capellanos, Clericos, & personas Ecclesiasticas. Capellano maiori, ac laicos, & alias singulares personas huiusmodi administratori, seu Rectori pro tēpore existentibus subiicimus, necnō, quōd Hospitale, & illius Ecclesia Rector, seu administrator, Capellani, & alię personę pro tēpore in eo existentes, eorūq; bona, tūc presentia, ac omnibus, & singulis alijs, & illis prorsus similibus priuilegijs, prerogatiuis, gratijs, exēptionibus, immunitatibus, libertatibus, indulgentijs, præmiñētijs, fauoribus, & indultis, quibus Hospitale S. Spiritus in Saxia de Vrbe, & alia omnia, & singula in dictis Regnis existētia Hospitalia, & eorū Præceptores, administratores, seruitores, ministri, & alię personę, & bona vtūtur, potiūtur, & gaudent, seu vti, & potiri, & gaudere possent in futurū vt potiri, & gaudere possent, & deberēt, ac si Hospitali, vt præfertur cōstructo, illiusq; Eccles. & personis expressē cōcessa fuissent statuimus, & ordinamus, ac Rectoribus, seu administratorib<sup>9</sup>, gubernatorib<sup>9</sup>, visitatorib<sup>9</sup>, & Capellanis dicti Hospitalis, nūc, & pro tēpore in eodē Hospitali degentibus, & quādiu ipsius, & illius Eccles. institerint omnes, & singulos fructus, red. & prouēñ. omniū, & singulorū beneficiorū Ecclesiastic. cū Cura, & sine Cura, quę in quibusvis Eccles. siue locis obtinebāt, & imposterū obtinerent, etiā si Canonatus & Pręben. Dignitas, personatus, administrationes, vel officia, in Cathedrali, etiā Metropol. vel Colleg. & Dignitates ipsę in Cathedral. etiā Metropol. post Pōtificales maiores, seu Collegia. Eccles. huiusmodi principales fuerint, & ad Dignitates, personatus, administrationes, vel officia huiusmodi cōsueuissent per electionē assumi, eisq; cura immineret animarū, cū ea integritate quotidianis distributionibus dūtaxat exceptis liberē percipere valerent, cū qua illos perciperent, si in eisdē Eccle. siue locis personaliter residerent, & ad residendū interim in eisdē minimē tenerentur. Nec ad id ā quoquā inuiti valerent coartari per alias nostras literas indulsimus, prout in illis plenius cōtinetur. Quocirca discretioni vestrę per Apostolica scripta mādamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrū, si, & postquā dictę literę vobis presentate fuerint per vos, vel aliū, seu alios Rectori, seu administratori, Capellano maiori, gubernatorib<sup>9</sup>, seu visitatorib<sup>9</sup>, & alijs Capellanis, Clericis, laicis, & personis præfatis efficacis defensionis auxilio assistētes

**Decretum.**

tes faciatis eos, & eorū singulos, ac Hospitale cōstructū, eorūq; bona iura, & actiones prædicta exēptione, liberatione, subiectione, priuilegijs, prærogatiuis, gratijs, exēptionibus, immunitatibus, libertatibus, indulgentijs, præeminētijs, fauoribus, & indultis huiusmodi pacificē, vti frui, & gaudere. Ac Rectoribus, seu administratoribus, gubernatoribus, visitatoribus, & Capellanis præfatis, quādiu seruitijs dicti Hospitalis institerint fructus, red. & prouentus prædictos, iuxta prædictæ concessionis nostræ tenorē integrē ministrari. Nō permittentes eos per locorū ordinarios, & dilectos filios Ecclesiarū, in quibus huiusmodi beneficia fuerint Capicula, seu quoscunq; alios ad residendum in dictis Ecclesijs, seu locis cōpelli, aut eos Hospitale cōstructū bona iura, & actiones præfata alias contra concessionis nostræ huiusmodi tenorem, etiā quomodolibet molestari contradictores auctoritate nostra appellatione postposita cōpescendo. Non obstantibus omnibus, quæ in dictis literis voluimus non obstare, seu si venerabili fratri nostro moderno, & pro tempore existenti Archiepis. Compostel. alijsq; locorū ordinarijs, vel quibusvis alijs cōmuniter, vel diuisim ab Apostolica, sit Sede indultū, quod interdici, suspendi, vel excōmunicari nō possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbū, de indulto huiusmodi mentionem. Dat. Rom. apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicę, millesimo quingentesimo duodecimo, pridie Cal. Maij, Pōt. nost. anno nono. Super quibus omnibus, & singulis ritē, & legitimē factis auctoritatem, & decretū dictæ Curie, atq; nostrā duximus interponendū, & interposuimus, prout interposuimus præsentū per tenorem. In quorū omniū, & singulorum fidem, & testimonium, has nostras literas, siue hoc præsens publicum instrumentum, exinde fieri per notarium nostrum infra scriptum subscribi, sigillique dictæ Curie nostræ, quo in talibus vtimur iussimus, & fecimus appensione communiri. Datum, & actum Romę in ædibus nostræ solite residentie in iudicio nobis, pro tribunali seden. sub anno à Natiuitate Dñi, millesimo quingentesimo vigesimo sexto, indictione decima quarta, die verò Sabbati, vigesima mensis Octobris, Pōtificatus sanctissimi in Christo Patris, & Dñi nostri Dñi Clementis diuina prouidentia Papę VII. anno eius tertio præsentibus, ibidem, prouidis viris dominis Florido Briseti, & Sebastiano Mauro, dictæ Curie causarum Camere Apostolicę Notarijs, & coram nobis scribis testibus, ad præmissa omnia vocatis habitis specialiter, atq; rogatis. Et ego Philippus Quintilius de Ciuitatis Castel. publicus Imperiali auctoritate, necnon Curie Causarum Camere Apostolicę Notarius. Quia præmissis literarum Apostolicarum, seu confirmat. indultorum Apostolicorum exhibitioni, collationat. transumpt. eorundē petitioni, & decreto, cæterisque præmissis omnibus, & singulis, vt præmittitur fierent interfui, & in notam sumpsi, ideo hoc præsens publicum transumpti instrumentum fideliter impressum confeci subscripsi, & publicauit, signoque, & nomine meis solitis vnā cum præfata Curie soliti sigilli appen. signauit in fidem præmissorum rogatus, & requisitus. † Gratis pro Deo, Car. L. ber

X. 1526. Iacobus pro meñ.

INDEX  
**GRATIARVM,  
 PRIVILEGIORVM, ET  
 INDVLGENTIARVM HOSPITALI REGIO  
 ET GENERALI BEATÆ MARIÆ DE GRATIA  
 CIVITATIS CÆSARAVGVSTÆ  
 CONCESSARVM.**

A.

Abbates, Priores, &c. etiam exempti.	52. B. 54. á.
Ab Abscensione, & per octauã.	32. á.
Abbatibus, &c.	52. B. 54. á.
Ab Epiphania, &c. & per Oct.	32. á.
Absoluantur qui.	6. à.
Absolutio ad effectum.	6. á.
Absolutio ab omnibus.	18. à. 68.
Absolutio plenaria.	29. á. 31. B. 65.
Absolutio plenissima in vita, & morte.	37. à & 63.
Absolutio plenaria in vita.	48. à.
Absque licentia.	3. á.
Ac si sigillatim essent concessæ.	5. B.
Ac si specialiter concessa fuissent.	2. á.
Actibus contrarijs præiudicium ne generetur.	40. à.
Ad quatuor dietas.	25. à.
Ad membra.	33. B.
Ad requisitionem publicent.	63. B.
Ad Synodũ ire non teneantur.	38. B.
A festo Corporis Christi.	32. à.
A iurisdictione.	24. á.
Alienandi bona facultas.	14. à.
Alienationes.	14. á.
Alijs diebus	3. á.
Altare.	7. a.
Altero die Pentecostes.	37.
A media Quadragesima.	28. B. 64.
Animæ defunctorum.	3. a.

A.

Animabus defunctorum maxima indulgentia.	18. a.
Animabus defunctorum plenaria, & relaxatio omnium pœnarũ.	30. a.
Anno iubelei.	18. a.
Annuntiationis omnium Sanctorum Philippi, & Iac.	27. a.
Annuntiationis Beatæ Mariæ in Sabato.	29. a.
An suspendantur gratiæ	26. B.
Ante lucem celebrare.	7. à.
Archiconfraternitas.	4. B.
A Resurrectione.	32. a.
Ascensio Dñi, & per octauas.	54. a.
Asensus Prælatorum non requiritur.	
Assũptionis festo, & per octauã.	32. a.
Auditoris Cameræ processus.	1. á.

B.

Basilicæ, etiam S. Petri.	6. á.
Bulla Clementis propria.	1. B.
Bullæ, quæ in hac nostra continentur.	1. a. B. 5.
Bulla sollicitatis charitatis.	4. a.
Bulla Sanctorum Ioannis Baptistæ, & Cosmæ, & Damiani.	8.
Bulla Campi Sancti.	6. B.
Bulla Sancti Iacobi in Augusta incipit.	21. a.

¶

Bulla

Bulla S. Iacobi in Compostel. 65.a.  
 Bulla Beatæ Mariæ de Populo incipit. 28.a.  
 Bulla sub imagine Saluatoris. 29.B.  
 Bullæ Sancti Spiritus in Saxia incipiūt. 29.& rursus 40 B.  
 Bulla S. Iustinæ. 37.a.  
 Bulla S. Martinæ in Saxia. 50.a.  
 Bulla conuertitarum. 11.B.  
 Bulla S. Ioan. Lateraneñ. 16.B.  
 Bullæ concessæ. 1.& 5.  
 Benefactoribus, & Confratribus. 52.B.& 56.& 57.  
 Benefactoribus absolutio plenaria. 10.a. 12. 13.& dispensatio. 55.B.  
 Benefactoribus in festis Dñi, & Beatæ Mariæ. 52.B.  
 Benefactoribus remissio plenaria. 35.a. 65.  
 Beneficia Ecclesiastica. 24.a.  
 Bona peregrinorum. 17.a.

### C.

Campanelle portentur. 41.B.  
 Canonica portione exigatur. 46.a. 49.  
 Capellani Confessores. 7. 48.  
 Capitum Apostolorum ostensio, & indulgentia. 18.B.  
 Cœna Dñi indulgentia plenaria. 18.B.  
 Cessent omnes. 56.a.  
 Chrisma, & ordines quo casu à quolibet. 51.a.  
 Clausulæ raræ.  
 Clericis, & Religiosis. 54.  
 Cogi nequeunt ad quæ. 38.B.  
 Comitentur Vicarij. 54.a.  
 Compositio de vsuris, rapinis legatis pijs pœnitentijs, &c. 31. 53.a. 65.B.  
 Conceptionis in festo indulg. plenar. 66.a.  
 Confessor ne intra septa. 13.a.  
 Confessoris electio, & absolutio. 7.a. 15.B. 22.a. 27.B. 31.B. 68. 55.  
 Confessores qui absoluant. 61.  
 Confessor cum absolutione in omnibus casibus. 65.a.

Confessorum sex deputatio. 28.B.  
 Confidentia bullæ ne quis peccet. 8.B. 23.B.  
 Confirmatio statutorum. 4.B. 17.  
 Confirmatio Innocen. Iulij, Leonis Sixti. 32.B. 67. 68.B.  
 Confratres facere, & quæstas petere ne impediantur. 58.  
 Confratribus x. ducatos donantibus. 23.a.  
 Confratria suspens. tempore cum indulg. prædicetur. 60.B.  
 Confratribus infirmis seruientibus. 27.a.  
 Confraternitatis ingressus. 55.B. 65.a.  
 Confratres 51. à sepeliantur. 54.a.  
 Cōfratribus infirmis, & seruatoribus. 22.B.  
 Confratribus v. ducatos donantibus indul. plen. & remissionem, &c. cōcedere posse. 22.B.  
 Congregetur populus. 54.B. 55.  
 Conseruatores Iudices executores. 2. 10.B. 44. 71.B.  
 Conseruatoria. 24.a. 56.a.  
 Contradictores. 5.a. 48.a. 54.B.  
 Conuocent populum. 41.a.  
 Cosme, & Damiani festo. 5.B.  
 Cruciatæ, etiam. 58.a. 61.  
 Cum notis, & santuarijs. 41.a.  
 Curati conuocent populum, diebus etiam non feriatis. 52.a. 53.a.  
 Curialium mulierum bona. 13.a.

### D.

Decani Presbyteri, & cæteri admitāt. 52.B.  
 Decedentes sepeliantur. 31.B.  
 Decedentes ministri. 35.a.  
 Decedentes tempore interdicti. 35.a.  
 Decimæ, & primitiæ exemptæ. 51. a. 66.a.  
 Decimæ ne exigantur. 47.B. 58.B.  
 Declaratio suspensionis.  
 Decreti processus. 1.  
 Decretum iudicis. 72.a.  
 Defunctis. 3.a. 57.a.  
 Defun-

Defunctorum corpora.	47.B.
De notorijs.	27.a.
Derogatio validissima.	27.a.
Diuisio cum militantibus contra Sar- racenos.	56.a.
Dominica, i. mensis.	31.a.
Dominicis Aduentus.	64.B.
Dominica omnis terra.	31.a.
Dominica i. Quadragesimæ indulg. plen.	18.B.
Dominica Palmarum indulg. plenar.	18.B.
Dominica infra Octauam Corporis Christi.	29.B. indulg. plen. & 30.a.
Donantibus absolutio plen.	53.a.
Donantibus indulg. plen. & remissio omnium peccatorum.	22.a.
Dubia per quos declaranda.	14.B.
Duo Religiosi, absq; licentia.	3.a.

### E.

Ecclesias, & Hospitalia ædificare licet.	16.a.
Ecclesiasticæ personæ.	22.
Ecclesiastici iudices inhihentur.	25.B.
Edificandi facultas.	16.B.
Eisdem indulgentijs gaudeant depen- dentes.	4.B.
Electio Confessoris, & absolutio ple- nissima nullo casu excepto, & re- missio plenissima.	
Episcopis, &c.	5.a.
Eque principaliter.	22.a.
Erogantibus.	
Etiã Basilicæ S. Petri, 6. etiã cru- ciata.	5.a.
Etiã quo ad Curam animarum.	43.B.
Etiã si non sint in vsu, & reuocari contingat.	5.B.
Etiã si tunc confessi non fuerint.	5.B.
Excommunicari an possint.	32.a.
Excommunicari nequeunt.	17.a.
Excommunicari, &c. nō possunt.	46.a.
Excommunicatio, & maledictio.	38.a.

Exemptio propria.	2.B.
Exemptio	46.a.
Exemptiones.	13.a. 22.a. 23.a. 43.a. 45.a. 46.a. 59.B. 67.B. 69.a.
Exemptionis declaratio.	23.a.
Exemptio plenissima.	37.B.
Expositos alentibus.	59.B.
Expositos lactantibus.	59.B.
Expositas maritantibus.	59.B. vel ad id erogantibus.
Extra Quadragesimam stationem.	

### F.

Facultas petendi, & exemptio.	32.a.
Feria secunda Rogationum.	64.a.
Festiuitatibus B. Mariæ.	18.B. 23.B. & a media 64.a. 27.B.
Festi dies vsuræ rapinæ, &c. compo- nantur.	55.a.
Festus dies in Aduentu agatur.	47.a. 53.
Fiducia Bullæ nequis peccet.	8.B. 23.B.
Fratres cuiusvis Ordinis recipi pos- sunt.	50.B.
Fraudantes, & occultantes.	63.B.
Fructus beneficiorum.	72.B.

### G.

Gratia, & priuilegia.	15.B.
Gubernatores quid facere debeant.	13.

### H.

Homagia ne cui præstentur.	51.a.
Homagia, &c. ne exigantur.	47.B.
Homicidia.	53.a. 55.a.

### I.

Iesu nomen in articulo mortis.	4.B.
Immunitas à canonica portione.	46.a.
Immunitas ab impositionibus, etiã Apostolicis, &c.	38.a.
Immunitas ab omni onere.	19.a. 23.a. 43.a.
Immunitas à charitatiuo subsidio.	38.

Impedientibus. 41.B.  
 Impediētes directè, vel indirectè, 56.a.  
 Impeditis. 10.a. 35.a.  
 Impetrari nequeat. 3.a.  
 Impositiones, etiam Apostolicæ, non  
 compræhendunt. 38.a.  
 In Adventu eorum suspenduntur in  
 terdicta. 47.B.  
 In Cœna Domini. 18.B.  
 In Conceptione B.M. & commemo-  
 ratione defunctorum. 3.a. 7.B.  
 Indulgentiæ plenariæ multæ. 18.a.  
 Indulgentia plenaria ad modum lu-  
 bilei. 10.a.  
 Indulgentiæ additæ. 16.a.  
 Indulgentiæ prædicentur. 59.a.  
 Indulgentiæ, ubi tempore suspensio-  
 nis prædicari possint, & publica-  
 ri. 59.B.  
 Indulgētia maxima pro defunctis. 18.a.  
 Indulgentia plen. in festis Dñi. 18.  
 Indulgentia plen. in festis Annuntia-  
 tionis, omnium Sanctorum, Philip-  
 pi, & Iacobi. 27.a.  
 Indulg. plen. in festis B.M. 18.a.  
 Indulg. plen. non suspenditur. 26.B.  
 Indulg. plen. in alijs diebus. 18.  
 Indulgentia societatis charitatis. 13.a.  
 In cōmemoratione defunct. 3.a. 7.  
 In contradictores. 10.a. 54.B.  
 Infantem penès se recipientes. 68.a.  
 In fraudantes, & occultantes bona, &  
 elemosynas. 63.B.  
 In fraudantes ministros. 63.B.  
 Ingressus Confratriæ. 55.B.  
 Innumeræ indulgentiæ. 18.a.  
 In ocupantes bona. 8.B. 24.a.  
 In impediētes directè, vel indirectè,  
 56.a.  
 In perturbatores.  
 Imposterum. 27.B.  
 In Prælatos non obediētes. 61.B.  
 Insignia ferre ne prohibeantur. 41.a.  
 In suspensionibus nō cōprehēdi. 58.a.  
 Interdicti tempore Ecclesiæ apperiā-  
 tur. 53.a.  
 Interdicti tempore audire divina, &

celebrare. 7.a. 47.a. 51.  
 Interdicti tēpore sepeliātur. 53.m. 47  
 Interdicti tempore. 15.  
 Interdictum in Adventu procurato-  
 rum. 31.B. a tollatur. 54.a. 65.a.  
 Interdictum suspendatur in Adventu  
 coram. 41.  
 Intrare Monasteria. 15.  
 Ioannis Vincentij obtēta est Bulla. 1.  
 Ipso facto. 56.a.  
 Irregularitas. 35.  
 Irritans decretum. 14.a.  
 Iudices vniusque fori inhibiti. 24.B.  
 Iudicibus, vt protegant. 14.a.  
 Iuramenta dies festi, Horæ Canonicæ  
 offensa parētū, &c. 53.a. 54.a. 65.B.  
 Ius in personas. 13.a.  
 Iustinæ S. priuilegia. 43.a.

## L.

Legata bona. 5.  
 Legantibus in mortis articulo. 54.a.  
 Legantibus quintam partem bono-  
 rum. 13.a.  
 Libertates, & exemptiones. 59.a.  
 Licentia petita, & non obtenta. 56.a.  
 Licentia præstanda. 57.B. 66.a.  
 Licentiæ pretium. 31.B.  
 Licitè possunt prædicare. 48.a.  
 Literæ, ac indulg. publicentur. 61.B.  
 Literas concedant Prælati. 58.  
 Literis generalibus respondere non  
 teneantur. 16.a.  
 Locantibus puellas. 68.a.  
 Locis quibus, & temporibus, non li-  
 ceat. 61.

## M.

Mandatum publicando. 33.B.  
 Maxima indulg. pro defunctis. 18.a.  
 Mendicantes prædicent. 68.a.  
 Membra S. Spirit. in Saxia, 33.a. 55.B.  
 Ministri fraudantes. 63.B.  
 Missa Pontificalis. 3.a.  
 Mortis in articulo absolutio á poena,  
 &

& culpa. 52.B. 54.a. & B.  
 Motu proprio, & certa scientia. 4.B. & 8.a.  
 Mulieribus. 15.B.  
 Mutatis etiam diebus. 5.B.

N.

Natiuitas Domini. 65<sup>a</sup>.B.  
 Natiuitatis B. Mariæ, & per octauas. 18.a.  
 Ne cogantur esse Iudices. 39. nec restes ibi.  
 Ne per contrarios actus præiudicium generent. 40.a.  
 Ne qua Confratria huic præponatur. 46.a.  
 Ne quis quicquam de eis sciat. 13.a.  
 Ne quis ob hanc confidentiam peccet. 8.B. 23.B.  
 Ne quis perturbet. 17.a.  
 Non ad instar, sed æque principaliter. 13.a.  
 Non comprehendi in suspensionibus. 33.B. 61.B.  
 Non obstantibus. 10.a. 14.a. 23.B.  
 Non ferialis diebus. 47.a. 53.B.  
 Notarij notificare tenentur. 22.a.  
 Notarijs. 14.B. 35.  
 Nunc, pro tunc in pœnas, & censuras. 63.a.  
 Nuncijs, & Commissarijs recipiatur. 62.a.  
 Nuncijs ipsi pœnas, & censuras declarant. 63.a.

O.

Oblita peccata. 53.a.  
 Ocupatores. 8.B. 25.a.  
 Offensiones parentum. 53.a.  
 Officia diuina prætermissa. 53.a. 55.  
 Omni tempore indulgentias publicare, & quæstas facere. 61.B.  
 Omnium Sanctorum. 32.a.  
 Opresiones. 53.a.  
 Oratorium, & cæmeterium. 51.a.  
 Ordinarij faueant. 62.a.

P.

Parce vtendum facultate. 8.B.  
 Participatio. 16.B. 53.a. 55.B.  
 Peccata oblita. 55.a.  
 Pœna in rebelles.  
 Pœna Notarijs nõ reuelantibus. 22.a.  
 Pœnitentiarij. 60.B.  
 Pœnitentijs. 53.a.  
 Pentecoste indulg. plen. 32.a.  
 Pentecostes, & Trinitatis festis, indulgen. plena. 54.a.  
 Pentecostes in festo, & octa. 60.B.  
 Per alium capta possit alius profequi. 26.a.  
 Per iuria. 53.  
 Permutandi, & vendendi facultas. 24.B.  
 Perpetuo obseruetur. 7.a. 41.a.  
 Perpetuo Prælati foueant ne impediat. 41.a.  
 Petendi facultas. 32.a.  
 Plenaria absolutio. 53.B.  
 Plenaria absolutio nullo casu excepto. 31.a. 67.a.  
 Plenaria remissio. 7.a. 15.B. 32.B. 36.B.  
 Plenaria remissio largientibus. 31.B.  
 Populum conuocet qui. 41.a.  
 Potestas iudicum. 3.B.  
 Potestas restorum. 56.a.  
 Pretium licentiæ. 62.a.  
 Præteratur omnibus quæsta. 47.a.  
 Prælati admittant. 31.B.  
 Prælati iubeant congregari. 54.B.  
 Prælati licentiam præbeant, & indulgen. 54.a.  
 Prælati literas ne denegent, nec indulgentias. 47.B. 52.B. 54.B.  
 Prælati protegant. 24.B.  
 Prælati, & Presbyteris Confratribus. 7.a.  
 Prælati, & Cruciatæ comissa. 58.B.  
 Prælati, & cæteris sub pœna. 61.B.  
 Prælatorum assensus nõ requisitus. 48.a.  
 Præiudicis. 10.a. 35.a.  
 Præscriptio 60. annorum, & post. 39.B.

Priuilegia Hospitalis nostri propria.	1.B.
Priuilegia S.Iustinae.	37.B.
Priuilegia monialium omnium.	13.a.
Priuilegia Lateranen. Ecclesiae moni- tur concessa.	16.B.
Priuilegia societatis charitatis.	4.B.
Priuilegia S. Iacobi in Compostella.	15.B.
Processus decreti.	1.a.
Procuratores, seu Collectores.	56.a.
Procuratores recipi sub pena	62.a.
Publicentur indulgentiae suspen. durate.	60.
Puellam matrimonio locatibus.	68.a.

### Q.

Quatuor Temporibus Aduentus.	64.B.
Quatuor Temporibus Septembris.	64.B.
Quatuor Temporibus Ix. &c.	
Quaesta accipiat, & omnibus prae- feratur.	47.a.
Quaestas facere semper liceat.	61.a.
Quaestam non comprehendit suspen- sio generalis.	58.a.
Quocunque tempore, & loco.	60.B.

### R.

Rebelles, & contradictores.	54.B. 55.a.
Receptio.	67.B.
Receptores.	a.
Recipiant quaesta.	
Rectores faciant publicari.	3.a.
Regum Catholicorum petitio.	69.B.
Relaxatio omnium poenarum.	
Relicta ad pios vsus.	
Religiosis.	52.a.
Remissio omnium peccatorum.	18.a.
Remissio altera omnium.	18.18.a.
Remissio alia.	18.a.
Remissio plenaria in morte.	65.a.
Remissio omnium peccatorum Sab- bato in Albis.	19.B.
Remissio plenissima.	66.a.

Requisiti publicent.	63.B.
Respondere generalibus literis non tenentur.	19.a.
Resurrectio Dñi, & per octaua.	52.B.
Reuocatio contrariorum.	56.a.
Rogationes, & deinde.	64.a.

### S.

Sabbatis,	23.B.
Sabbatis Quadragesimae indulg. ple- nar.	23.
Sabbato Santo indul. plen.	
Sacramento ministrare, & liceat.	48.a.
Sancti Iacobi, & Conceptionis in festis indulg. plen.	23.B.
Sancti Iacobi in Compostella, super stationibus Urbis Romae.	
Sancti Iacobi in Compostella.	
Sancto Iacobo in Compostella con- cessa.	
Sancti Ioannis Baptistae.	5.B. 8.a.
Sancti Ioannis Lateranen. bullae inci- piunt.	16.B.
Sancti Spiritus in Saxia bullae incipiunt.	30.a.
Satisfactio tertij.	7.a. 23.B. 28.B.
Semper exceptae sunt.	24.B.
Septuagesima.	65.B.
Sepulti in Hospitali.	2.a.
Sepultura.	47.B.
Sepulturae tradantur.	53.B.
Simonia.	35.a.
Sine impedimento, & pretio.	62.a.
Singulis diebus.	7.B. 10.a. 31.B.
Singulis diebus indulgentiae.	31.a.
Societatis charitatis indulgentiae.	4.a.
Soli Apostolicae Sedi subiecti.	17.B.
Specialis concessio.	32.B.
Stationes.	15.B. 23.B.
Stationum xl. &c. enumeratio.	64.a.
Stationes extra xl.	64.a.
Statuta concedere.	3.
Subiectio membrorum S. Spiritus.	33.B.
Sub nullis reuocationibus, aut suspen- sionibus comprehendantur.	6.a. 36.a.
Sub	



Sub imagine Saluatoris bulla. 29.B.  
 Sub quacunq̄ue data. 6.a.  
 Sumariæ. 14.a.  
 Suplet defectus. 7.a.  
 Suspendantur nunquam. 60.B.  
 Suspendi, aut reuocari non intelligen-  
 tur. 33.B.  
 Suspensione durante. 60.B.  
 Suspensione non obstante etiam ra-  
 tione cruciatæ concessa, vel conce-  
 denda. 61.B. 61.  
 Suspensionibus non comprehendan-  
 tur. 36.a. 58.a. 60.B.

T.

Taxatio elemosynæ per Rectores. 2.a.  
 Taxatio Rectoribus iterum. 57.a.  
 Toties quoties eis placuerit. 47.a.  
 Tradantur sepulturæ. 53.a.  
Trafumpta. 14.B. 33.a. 69.B.

Trafumpti fides. 2. 1.B. 6.B. 26.a. 44.  
 61.B. 63.  
 Trafumptorum fides. 6.a.

V.

Vicarij congregent, & comittentur. 52.B. 54.a.  
 Violatoribus pœna. 39.B.  
 Visitantibus. 7.B. 9.B. 14. 31.B.  
 Visitantibus, & beneficentibus. 13.a.  
 Vniuersis. 55.B. 63.B.  
 Vota exceptis quatuor. 7.a. 15.  
 Vota exceptis quibusdam. 23.a.  
 Vota Hierosolymitano excepto. 55.a.  
 Votorum redemptio, & comutatio  
 Hierosolymitano excepto. 55.B.  
 65.B.  
 Votorum compositio dempto Hie-  
 rosolymitano. 55.B.  
Vota redempta præter Hierosolymi-  
 tano. 55.a.

